



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

Liber CCXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67659)

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCXX.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIMUS
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Ruthenorum Ecclesiæ Romanæ
Concilium, ejusque
Canones.*

Ineunte anno hujus sæculi vigesimo
Kiska Archiepiscopus Metropolita-
nus Kiovensis, Haliciensis, et
tiusque Russiæ, Episcopus Illadim-
riensis & Bretensis, Archimandrita
Kyovo - Peczarensis, & Suprasliensis
humillime Clementi XI. supplicavit,
sibi ad Ecclesiasticam Cleri sui discipli-
nam, veramque fidelium pietatem res-
taurandam, eliminandosque errores
temporum iniquitate invecos Syno-
dum celebrare liceret. Annuit libenti-
tissimo animo Pontifex, hancque ma-
rem ad præfatum totius Russiæ Metro-

politanum, universosque Ruthenos Ri-^{Sæc. XVIII.}
 tus Græci Episcopus die decima nona ^{A. C. 1720.}
 Julii sequentes dedit literis.

Venerabiles Fratres, Salutem &c.

„Verbis exprimere non satis possum
 „gaudium plane intimum & singulare,
 „quo Paternum cor nostrum perfusum
 „fuit, ubi a Congregatione Fratrum ve-
 „nerabilium nostrorum negotiis propa-
 „gandæ fidei præpositorum nuper ac-
 „cepimus fraternitates vestras ad resti-
 „tuendam in istis Ruthenæ Nationis
 „diœcesibus veram pietatem & Eccle-
 „siasticam disciplinam ferventi studio in-
 „cumbere, eoque potissimum consilio,
 „ad istam Provinciam Synodum con-
 „venisse, ut scilicet opportunas rationes,
 „ac salubriora remedia constitue-
 „tis, per quæ errores temporum calami-
 „tate, hominumque fraude investi ex-
 „tirparentur, ac regimini vestro com-
 „mitti Sacerdotes & populi ad sincerum
 „cultum orthodoxæ Religionis, sine
 „qua Deo placere nequaquam possu-
 „mus, tum etiam ad illibatam ac in-
 „tegram Ritus Catholici professionem
 „revocarentur, quocirca post actas cæ-
 „lesti Pastorum Principi humiles gratias,
 „quod Fraternitatibus vestris piam
 „hanc gradusque vestri amplitudine &
 „sancti-

Sæc. XVIII. „sanctitate maxime dignam mentem
 A. C. 1720. „injecerit, Pontificii Muneris nobis
 „esse ducimus, vobis effusam, meritam
 „que tribuere laudem, & quamvis ultro
 „bene currentibus paternæ vocis nostræ
 „calcar admoveere, ut in suscepto reli-
 „giosissimo proposito constanter perga-
 „tis, sedulamque ponatis operam, ut
 „graves illi abusus, qui in Sacrorum
 „Minitrorum Electione, non sine
 „magno animarum detrimento, quem
 „admodum probe nostis, irreperunt, ex
 „vestris diæcesibus eliminentur quam-
 „primum, ac penitus e medio tollan-
 „tur. Quæ quidem vota, ac desideria
 „nostra fusius vobis explicabit vener-
 „bilis Frater Hieronymus Archie-
 „episcopus Edeffæ noster & Apostolica
 „Sedis in Regno Poloniæ Nuntius,
 „quem Nos, illustre vobis præbitum
 „argumentum existimationis, ac amo-
 „ris, quo Ritus Græci Professores
 „Ruthenam inprimis Nationem omni-
 „tempore complexi sumus, & adhuc
 „complectimur, Synodo vestræ coram
 „adesse, eique nostro nomine præsidere
 „voluimus, & spiritualibus vestris ne-
 „cessitatibus auctoritate nostra præsentem
 „opem ferre, ac ea omnia sedulo pro-
 „movere possit, quæ communi vestro
 „bono, animarum saluti, divinæque
 „gloriæ incremento utilia ac opportuna
 „fore videbuntur. Vestrum itaque erit
 „eum

„eundem præfulem iis honoris ac re- Sæc. XVIII.
 „verentiæ significationibus excipere, A. C. 1720.
 „quæ præstantibus illius virtutum or-
 „namentis, ac inprimis conspicuo, quo
 „a Nobis insignitus est, Muneri plane de-
 „bentur, tum etiam iis, quæ ipse no-
 „stro nomine vobis exponet, integram
 „adhibere fidem, ac demum illius con-
 „siliis & monitis, pronas & faciles
 „præbere aures, cum pro explorato
 „habere debeat non aliunde proficisci,
 „quam a paterna, & sane intima, qua
 „vos in Domino prosequimur, chari-
 „tate, nec aliud certe spectare, quam
 „communem vestram, totiusque Ru-
 „thenæ Nationis Nobis commendatiffi-
 „simæ utilitatem. Hæc autem omnia
 „pro perspecta virtute Zeloque vestro
 „ita præstanda a vobis fore confidimus,
 „ut uberiora in dies ab hac sancta Sede
 „laudum præconia, ac tandem a Re-
 „demptore nostro amplissimam illam,
 „quam bonis fidelibusque pastoribus
 „pollicitus est, retributionem consequi
 „mereamini. Eum interim enixe ro-
 „gare non desinemus, ut sit in medio
 „vestrum, quatenus ad illius justitiam
 „faciendam vestra procedant eloquia,
 „dirigantur cogitationes & opera, &c.,

Nec his contentus Pontifex, insu-
 per Hieronymo Grimaldo Archiepiscopo
 Edesseno tum Sedis Apostolicæ in Re-
 gno Poloniæ Nuntio injunxit, ut in

Sæc. XVIII
 A. C. 1720
 eadem Synodo Præsidis vices agere, & eaque, quæ in hoc Concilio decreta forent, in suspenso teneret, eorumque executionem, donec a S. Congregatione de Propaganda Fide approbata fuerint, differret.

Igitur Metropolita hanc Synodum primo Leopoli, dein ob grassantem cholerae luelem Zamoscii habendam indixit. Die autem vigesima sexta Augusti Metropolitanus, alique tres Archiepiscopi, quinque Episcopi, & octo Archimandrite in Ecclesia B. V. & S. Nicolai Ritæ Græci convenerunt, huicque Synodo solemnium ritum initium dedere. Habebat prima Sessio, in qua præfatæ Clementis XI. ad Nuntium Apostolicum, & alia ad Russiæ Episcopos Epistolæ prælegebantur: His absolutis idem Nuntius Tridentini Concilii decreta de residentia, & de fidei professione edenda prælegi iussit: quo facto omnes & singuli in hac Synodo congregati illam fidei declarationem, quam Urbanus VIII. Orientalibus olim præscripserat, ediderunt, eamque suis chirographis munierunt.

Dein Sessio II. habita est die prima Septembris, in qua præfatus Nuntius mandavit e suggestu publicari Bullam Cænæ, Constitutionem Gregorii XII. Anno 1591. de immunitate Ecclesiastica

& Bullam: *Unigenitus* Clementis XI. Sæc. XVIII.
 quibus omnes consenserunt. A. C. 1720.

Sessio III. habita est die 17. Septembris, in qua sequentia decreta Synodi hujus Provincialis Provinciæ Russiæ, Ritus græci uniti publice lecta fuerunt.

I. Formula fidei ab Urbano octavo græci Ritus Catholicis præscripta ab omnibus, quibus Trid. Sess. 24. c. 12. de Ref. & Pius quartus in Const. 89. præscripsit profitenda est. Symbolo fidei particula, *filioque* tam publice, quam privatim addatur. Commemoratio Romani Pontificis in sacris dypticis & Missa expressis, & claris verbis fiat. Nemo Catholicorum ad extraneos Pastores & Ecclesias accedat, Philippi cujusdam hæreses damnantur, & librorum hæreticorum lectio & impressio prohibetur juxta Decretum Tridentini.

II. Prædicatio verbi Dei & Catechizatio a Parochis non negligatur.

III. De Sacramentis eorumque administratione statuitur:

I. Forma Baptismi est: Baptizatur servus vel ferva Dei N. N. in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Amen. Porro dictio *Amen* ter non repetatur, uti: Baptizatur Servus Dei in Nomine Patris *Amen*, in Nomine Filii *Amen*, in Nomine Spiritus sancti *Amen*. Ne quisquam videatur, dum per personas
 ita

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

ita distinguit, trinitatem essentiae admittere. Si Sacerdos Ritus nostri infantem latini Ritus ex causa Baptizaverit ei Sacramentum Confirmationis non conferat. Parochus in locis procul distans in hyeme ob frigoris periculum in privatis domibus infantem baptizare potest. Licebit quidem Parochis juxta Ritus Orientalis Ecclesiae Oleum Catechumenorum conficere: Sed caveant ne oleum Olivarum ad id conficiendum illis desit. Consuetudo antiquissima, & haftenus in Ecclesia duntaxat Orientali retenta, infantis recens Baptizati linguam Christi sanguine intingendi, tollatur, si sine scandalo fieri possit.

II. Sacramentum Confirmationis Parochi in Orientali Ecclesia extraordinario jure, & delegata ab Episcopo facultate, & ex Apostolicæ Sedis dispensatione statim post Baptisma administrare solent, cujus materia remotior est chrisma ex Oleo & balsamo, quare siquid aromatum, aut aliorum liquorum fragrantiae causa additur, commendum est, ut maxima Pars chrisma sit Oleum balsamo mixtum, forma est *signaculum doni Spiritus sancti Amen.* Non vero: *Signaculum & donum Spiritus sancti.* Episcopi quot annis in cæna Domini tantum chrisma conficiant, quantum unius anni spatio confirmandorum necessitas

cessitas postulat, confectum vero Pa- Sæc. XVIII.
rochi aut per seipfos, aut per Decanos A. C. 1720.
ab Episcopo accipiant, eoque accepto
veteri non utantur.

III. Materia S. Eucharistiæ est solus panis triticeus fermentatus in orientali Ecclesia, & vinum de vite, forma consecrationis panis continetur in his verbis: *hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur.* Et consecrationis Calicis: *hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis & multis in remissionem peccatorum effunditur.* Particulæ panis, quæ ponuntur & offeruntur circa hostiam sacerdotis in honorem Deiparæ, & aliorum sanctorum, consecrentur, & in populi communionem distribuantur. Etsi apud Orientales servetur consuetudo, infantes & rationis expertes pueros ad SS. Eucharistiam admittendi, ii tamen posthac ad S. Communionem, si ea privari sine scandalo possint, non ante admittantur, quam ipsos diligenter instructos ejus ætatis esse compertum fuerit, ut dijudicare possint corpus Domini. Usus, si quibus in locis adhuc viget, consecrandi majorem hostiam feria quinta cænæ Domini, eamque sanguine Dominico imbuendi & conservandi per totum annum, ut inde distribuatur pro infirmis, S. Synodus sublatum omnino esse voluit, cæterum pro infirmis

Sæc. XVIII. infirmis parochi consecrent particulas
A. C. 1720. panis, easque singulis 8. vel 15. diebus
 renouent.

IV. Tametsi panem tum azymum, tum fermentatum legitimam esse materiam pro sacramento conficiendo S. Synodus credit, tamen quia certum est, quæque teneri, ritum Ecclesiæ suæ seruari sacerdotibus nostris non liceat in azymo consecrare sub officii & beneficii priuatione, nec quis particulas panis a se consecratas audeat mittere ad Ecclesiam latinam, ut ibidem a Presbytero latino in vino ab ipso consecrato intinctæ distribuantur populis ritus græci. Compositio aquæ cum vino per Sacerdotem fiat in ipso calice immediate ante Missam æstivo tempore: hyeme vero in ipsa Missa sub Hymno cherubico. Preparationem ad Missam quisque faciat sacris indutus vestibus, & immediate ante Missam, & in eadem Ecclesia, in qua est celebraturus. Spongiarum autem ad abstergendam patenam abrogatur, digitoque abstergatur, ne SS. Christi Corpus irreuerentiæ periculo exponatur: consuetudo ad consecratas Calicis species aquam tepidam affundendi post consecrationem ante communionem prohibetur & abrogatur.

V. Forma sacramenti poenitentiae est
Ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis
 pecc

peccata & circumstantiæ, quæ spe- Sæc. XVIII.
ciem mutant, vel notabiliter aggravant, A. C. 1720.
Sacerdoti exponenda sunt. Ter saltem
quotannis in resurrectione Domini, dor-
mitione Deiparæ, & in Christi Nativi-
tate fideles confiteantur, & communi-
cent, triduanum jejunium pœnitentiæ
sacramento præmittendum necessario
non est, & satisfactions in Monocano-
nibus præscriptas a confessario non ex-
pedit sequi.

VI. Extremæ unctionis materia est o-
leum, cujus benedicendi potestatem in
Orientali Ecclesia sacerdotibus conces-
sam eis Synodus confirmat, cum au-
tem quidquid sacri olei post unctionem
infirmi superfuerit, comburi debeat,
censuit tamen S. Synodus, si eadem in
domo plures ægrotaverint, sacro eo-
dem oleo inungere licitum esse. Forma
est, *sancte Pater medice cœlestis anima-
rum &c.* quæ jungatur unctioni singu-
larum partium, oculis, auribus, naribus,
ori, manibus, pectori, pedibus, atque
ita verba proferantur, ut eorum pro-
nuntiatio non ante inchoetur, nec finia-
tur, quam ipsa unctio. Si septem aut
tres sacerdotes haberi commode non
possint, unus hoc sacramentum infirmo
ministret.

Caveant Sacerdotes, ne vel sanis
prorsus, vel nulla periculosa infirmitate
labo-

Sæc. XVIII. laborantibus hoc sacramentum min-
 A. C. 1720. strent, quod in diversis infirmitatibus
 iterari potest. VII. In collatione minorum
 Ordinum scilicet Lectoratus, Acco-
 tatus, Ostiariatus, & Subdiaconatus
 forma in novo rituali, qua antiqui
 græci usi sunt, restituatur: In colla-
 tione Diaconatus & Presbyteratus for-
 ma antiqua in Ecclesia orientali *Divi-
 na gratia - - - promovet*, &c. servetur.
 Diacono in Presbyterum promo-
 vendo hostia consecrata tradi debet &
 in manibus Presbyteri committi post
 fractionem panis, & immediate ante
 ipsius sumptionem. Præter Lectoratum
 & Subdiaconatum, qui conferri poterunt
 eadem ordinatione & die, inter Subdia-
 conatum & Diaconatum 10 Dies, item
 que 10. inter Diaconatum & Presby-
 teratum interponantur.

VIII. Quoniam Ritus administrandi sa-
 cramentum Matrimonii in nostra Eccle-
 sia idem propemodum est, qui in Ecclesia
 latina, nulla correctione indiget. Si
 quis autem Presbyter post collatos Or-
 dines Matrimonio jungi, aut prima uxore
 defuncta secundas incestas Nuptias
 inire præsumpserit, per Episcopos a
 communione, atque Altari arceatur
 captivetur & aliis pœnis Canonicis ab-
 ficiatur, ut spuriam conjunctionem
 abjiciat.

IV. No-

IV. Mores & Disciplina Ecclesia-
fica reformantur. Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

V. Cum Sedes Episcopalis vacaverit, Metropolitanus vel per seipsum, vel per Episcopum viciniorem Ecclesiam administret, tam in spiritualibus, quam in temporalibus: si Metropolitana Sedes vacaverit, vicinior Episcopus eam regat.

VI. Nemo deinceps, nisi a S. Sede dispensationem obtineat, Episcopus esse possit, qui professionem Religiosam non fecerit, nemo vero profiteri valeat, qui prius intra septa Monasterii non expleverit annum probationis Regularis, & sex hebdomadas, juxta Constitutiones Ordinis D. Basilii M: Episcopi caveant, ut Presbyterorum flagellatione abstineant.

VII. Quilibet Episcopus habeat Officiale sæcularem, vel regularem, qui partem oneris Episcopalis supportare queat.

VIII. Taxa pro Notario Episcopali determinetur.

IX. Proto - Presbyteri seu Decani rurales officium suum juxta statuta aliorum Conciliorum diligenter impleant.

X. Parochi nigro & longiori habitu utantur, uxorem si quis habeat, notorie adulteram, dimittat: alioquin Ministerio fungi non audeat, filios, quos

Sæc. XVIII ad statum Sacerdotalem aptiores vide
 A. C. 1720. rit, opportune erudiat, ac literis in-

struat, & ad studia publica, vel semina-
 naria, si possit erudiendos mittat. Eccle-
 siæ Parochiales, quæ regularibus
 ex sui fundatione, vel iusta præscrip-
 tione attributæ sunt, per regulares
 regantur, reliquæ per sæculares, ne-
 que amplius ipsorum natura mutentur.

XI. Monasteria in Congregationes
 redigantur. Archimandritæ vestitu
 rico præsertim Damasceno non utantur,
 nec alterius coloris, quam nigri.

XII. Monialium clausura observetur.
 Dos puellarum, quæ ad professionem
 admitti postulant, non sit minor 1500
 Florenis in paratis pecuniis, & si quis
 ultra numerum admitti velit, dupli-
 tam dotem conferat, in reliquis statutis
 aliorum Conciliorum renoventur.

XIII. De Ecclesiis, illarumque be-
 nis non alienandis priores Canones ob-
 serventur.

XIV. De simonia statuta juris com-
 munitatis, & conciliorum priorum in-
 serventur.

XV. Studia instaurentur, & semina-
 naria erigantur, prout in pluribus Con-
 ciliis latinis statutum est.

XVI. Jejunium quadragesimale in-
 cipit a feria secunda post quinquagesi-
 mam usque ad S. Paschatis diem, et
 tunc

tamen præmittendum est jejunium unius Sæc. XVIII.
 septimanæ cum lacticiniis, secundum A. C. 1720.
 in adventu a decima quinta Novembris
 usque ad Nativitatem Christi Domini
 cum abstinentia a lacticiniis. Tertium
 ante assumptionem Deiparæ Virginis a
 prima Augusti usque ad decimam quin-
 tam. Quartum ante festum SS. Aposto-
 lorum Petri & Pauli a prima Dominica
 post Pentecosten, usque ad festum eo-
 rundem: Ad hoc tamen censuit S. Sy-
 nodus, rusticos aliosque operarios vel
 in parte vel in totum absolvi posse:
 propterea quod incidit in tempus, quo
 fruges colliguntur, eaque de caussa
 vix servatur in Lithuania. Quintum
 ipso festo exaltationis S. Crucis. Sextum
 ipso festo decollationis S. Joannis Ba-
 ptistæ. Præterea per totum annum
 Feria quarta & sexta cujusvis heb-
 domadæ. Festa vero celebranda sunt
 sequentia: In Januario d. 1. circum-
 cisio Christi Domini. & S. Basil. M. die
 6. Epiphania, die 30. SS. Basil. M.
 Gregorii Naz. & Joann. Chrysof. in
 Februar. die 2. purificatio B. V. In
 April. d. 23. S. Georg. M. in Mayo d. 8.
 S. Joan. Ap. Evan. d. 9. translatio S. Ni-
 col. In Junio d. 24. Nativitas S. Joann.
 Bapt. d. 29. S. Apost. Petri & Pauli: in
 Julio d. 20. S. Eliæ Prophetæ d. 25.
 S. Annæ: in August d. 6. transfiguratio
 Ff 2 Christ.

Sæc. XVIII. Christ. D. d. 15. assumptio B. V. M. d. 25.
 A. C. 1720. decollatio. S. Joann. Bapt. in Septemb.
d. 3. Nativ. B. M. V. d. 14. exaltatio
 S. Crucis d. 16. B. Josaphat. M. d. 21.
 Joan. Evang. in Octobr. protectio B. V.
 M. in Novembr. d. 8. S. Michaelis An-
 chang. d. 21. Præsentatio B. V. M. In De-
 cembri d. 6. S. Nicolai d. 9. conceptio
 B. V. M. d. 25. Nativitas D. N. J. C.
 d. 26. S. Josephi. die 27. S. Stephanus.
 Festa mobilia sunt: Pascha. ascensio.
 Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporatio
 Christi, festum Dolorosæ B. V. M. Fe-
 ria 16. post Pascha & omnes Domi-
 nicæ per annum.

XVII. Georgium Palamam non
 solum uti sanctum Coli, verum etiam
 in Ecclesia nominari prohibet S. Syn-
 odus sub pœnis contra Schismaticos
 præscriptis.

XVIII. Pensiones pro deputato
 ad tribunal Regni ex redditibus Dio-
 cesium determinantur.

XIX. Decreta hæc in Diœcesibus
 conventibus promulgentur.

His decretis una omnes subscripserunt
 eaque Innocentius XIII. primum anno
 hujus sæculi vigesimo tertio, die quarta
 Martii, & Benedictus XIII. An. 1724
 die decima nona Julii approbarunt &
 confirmarunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. II.

*Ordinationes Archiepiscopales Ele-
storis ac Trevirensis Archi-
episcopi.*

Cum Synodus Provincialis in Trevi- *Collect. Con-*
rensi Archidiœcesi ob temporum *cil. t. 10.*
injurias diu intermissa, absque magnis *pag. 393.*
difficultatibus haberi non potuerit,
Franciscus Ludovicus Comes Palati-
nus Rheni Archiepiscopus, atque Ele-
ctor Trevirensis hunc defectum supple-
turus, congruum judicavit, ut pro Clero
& populo reformando, corrigendis de-
fectibus, & corruptelis hominum malitia
inductis, erroribusque in Archidiœce-
sis fines irrepentibus procul arcendis
diversas Prædecessorum Constitutiones
in memoriam revocarct, earumque
executionem urgeret, donec habita
exactiore totius Diœcesis notitia Sta-
tuta Synodalia in formam auctiorem
redigi & ulterius promulgari potuerint.
Præcipua autem decreta agebant de
officiis & honestate Cleri præsertim Cu-
rati, de administratione debita Sacra-
mentorum, de Juribus Ecclesiarum &
obligationibus Parochianorum, de In-
quisitionibus, de Catechesi, & aliis
ejusmodi disciplinæ capitibus.

Ff 3

§. III.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

§. III.

Ecclesiasticæ Pacis negotiatio in Galliis continuata.

Vid. supra
pag. 857.
Dorjann
Journal de
l'Hist. de la
Const. t. I.
pag. 506.

Interim Contius Abbas mandatum Constitutionis explicationes, quam Tremollius Cardinalis pro reddenda Ecclesiæ pace elaboraverat Roma deferens, Parisios die secunda Februarii venit, qui etiam altera die negotiationis suæ seriem Abbati Du Bois exposuit. Igitur Serenissimus Regni Moderator tres Viros doctrina claros, quibus hæc scripta examini subjicerent, nominabat, quorum tamen judicio jam ante decreta erat, Tremollii explicationes concordie consilio, quod Abbas du Bois exposuerat, minime præferendas, nec etiam Noaillo Cardinali esse exhibendas, partim quod eas ab eo rejiciendas fore prospiceretur, partim quod illas a summo Pontifice nunquam esse approbandas, Mallejus & Allemanius suis ad præfatum Abbatem datis literis testarentur. Igitur nihil reliquum erat, nisi ut conciliationis via ab Abbate du Bois substrata tentaretur. Vocantur ergo in consilium Cardinales Rohanius & Bissyus, producitur mandatum a Noaillo promulgandi, præfationis, & explicationum ab Episcopis appro-

probandarum typus: ex Episcopis non-
 nulli in explicationibus quædam im-
 mutari, alii luculentius Constitutionis
 integritatem vindicari, & non pauci pro-
 positionibus ex Quesnelli libro deprom-
 ptis errores damnatos distinctius attribui
 petebant, Sueffionensis denique, Ebroi-
 censis, & San-Floriensis Episcopi pa-
 lam declarabant, se nulli conciliationis
 medio assensuros, nisi prius Cardinalis
 Noaillius revocata sua appellatione in
 ejus instructione Pastoralis corrigenda
 correxerit: Andreas quoque Dreuille-
 tus Bajonensis Episcopus habito col-
 loquio cum P. de La Tour Oratorii Ge-
 nerali Constitutionem *Unigenitus* sine
 ulla restrictione recepit, ac Quesnelli
 librum unacum Cl. Propositionibus in-
 de extractis damnavit. Paulo ante
 die sexta Februarii Noaillius Pastoralem
 suam Instructionem publicam reddidit,
 quæ tamen Franciæ Episcopis minime
 probabatur, imo etiam Romæ die duo-
 decima Augusti S. Officii decreto con-
 fixa est. Rebus ita dispositis annuente
 Regni Moderatore Franciscus Bochar-
 dus Claromontanus Episcopus typum
 epistolæ, qua Episcopi Acceptantes se
 explicationes seu summarium doctrinæ
 ab Abbate Du Bois factum approbare te-
 starentur, Noaillio Cardinali tradidit,
 eumque impense rogavit, ut vicissim ac-
 cepta-

Sæc. XVIII
A. C. 1720.

ceptationis suæ testimonium palam faceret, illudque Regni Moderatori porrigeret. Præter omnem expectationem Cardinalis Noaillius habita consultatione cum Laudanensi, Antissiodorensi & Bajonensi Episcopis die decima octava Januarii triplicem acceptationis suæ formulam Serenissimo Regenti obtulit, petiitque a Rege, ut novis literis regni Constitutionis acceptationem in universo Regno præcipere velit, se vero id ea ex causa petere aiebat, ut contra Parisiensis Cleri sui insultus apud laicorum Curias eo validius protegeretur: hoc facto se sincero animo Constitutionem acceptaturum pollicitus est. Insuper suum Corpus doctrinæ, quod ad suæ orthodoxiæ vindicationem Romanam miserat, Regenti tradidit, pollicitus, se Constitutionem omnino recepturum, dummodo octoginta illi Franciæ Episcopi suum Corpus doctrinæ summarium vicissim sint approbaturum. Placuit Regio Administratori hæc Noaillii declaratio, petiit tamen ab eodem, ut pariter sui mandati seu Instructionis Pastoralis typum conficeret, id quoque promisit Noaillius, dummodo Regni Administrator declarationem, qua Constitutionis explicationes tanquam Regni lex acceptari juberentur, conficeretur. Ea ex causa Regni Administrator

nistr
tium
acce
næ
scopi
sent.
mini
Bissy
riliis
cerfi
fatas
mina
trad
qui
rent
cusab
suæ
plici
confe
quod
adhib
terpr
lis do
num
hæc
tum
bros
hucus
stitut
aut
prop
vel r

nistrator denuo Theologos ab omni par-
 tium studio alienos, quotquot poterat,
 accersivit, qui explicationes seu doctri-
 næ summarium ita elimarent, ut Epi-
 scopis sine censuræ metu exhiberi pos-
 sent. Expleto semestri hoc labore Ad-
 ministrator Cardinales Rohanium &
 Bissyum ceterosque Præsules tum Pa-
 risiis agentes ad Regium Palatium ac-
 cersivit, eisque Noaillii mandatum præ-
 fatasque explicationes maturius exa-
 minandas, ac demum approbandas
 tradidit: Non deerant ex Episcopis,
 qui nonnulla adhuc corrigenda cense-
 rent, alii vero subscribere omnino re-
 cusabant, potissimi tamen acceptationis
 suæ literas ita instruxere, ut ea sim-
 plici & naturali Constitutionis sensui
 consona esset, & palam declararetur,
 quod hæc explicationes unice fuissent ideo
 adhibitæ, ut impediretur, ne per falsas in-
 terpretationes veritas impugnaretur, mora-
 lis doctrinæ puritas depravaretur, & actio-
 num libertas læderetur; pariter addebant
 hæc verba: *Prohibemus, ne quis præsa-
 tum (reflexionum) librum, aut alios li-
 bros sive manuscriptos sive typis impressos,
 hucusque editos, vel imposterum, contra Con-
 stitutionem, & superpositas explicationes,
 aut in præfati libri & proscriptionum
 propositionum defensionem edendos legat,
 vel retineat.* Complanatis itaque cun-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.



Sæc. XVIII. Etis difficultatibus die decima tertia
 A. C. 1720. Martii Cardinalis Noaillius huic pacis
negotiationi accessit, facta hac declara-
 tione: *Juxta Corpus doctrinæ recipimus cum omni submissione & obsequio Constitutionem Unigenitus juxta præfatas explicationes, in quibus verus continetur sensus, quasque ideo subjunximus, ut omnes abusus sinistraeque omnes interpretationes præpediantur: Hac ratione reflexum librum unacum omnibus Cl. Propositionibus inde depromptis eo modo rejicimus & damnamus, quo id præfata Constitutio deposcit, insuper sub pœnis in jure statutis præcipimus omnibus nostræ Diœcesis fidelibus, ut prædictam Constitutionem recipiant, iisdem inhibentes sub iisdem pœnis, si libros vel scripta contra hanc Constitutionem edita vel edenda, legant, retineant &c.*

Præterea triginta alii Episcopi tunc præsentibus Corpori doctrinæ, seu hinc explicationibus sua apposuerunt nomina: Facta hac Constitutionis acceptatione Sueffionensis Episcopus Rheims profectus, Cardinali Archiepiscopo Pollutio tam Episcoporum epistolam, quam acceptationis tabulas tradidit, quibus Cardinalis non modo promptissime subscripsit, sed ipsemet Parisios delatus cum Cardinalibus Rohanio, Bissy, & Guesures Noaillium accessit, ac cum eo fraternæ unionis vinculum redintegravit; et

dem adhuc die Begonus, Cauletus, Sæc. XVIII.
Vieuvilla, Vauronyus, Normandus, A. C. 1720.
Tarrelupius, & Pastellus Abbates Pa-
risiis ad diversas Regni Provincias e-
mittebantur, qui Diæcesium Episcopos
ad subscribendum sollicitarent. Quam-
vis vero nonnulli hæc scripta exami-
nandi copiam ob nimiam sollicitantium
importunitatem ac præcipitantiam sibi
haud concedi quererentur, hæc tamen
explicationes in nonaginta septem Diæ-
cesibus ab earum Episcopis ac Clero
fuerunt approbatæ. Insuper Noaillius
ad utrumque suæ Diæcesis Clerum en-
cyclicas die decima octava Martii hæc
dedit literas :

„Ut vos hodie de concordia nuper
„inita certiores reddam, incitat Nos no-
„tus vester veritatem tuendi ardor, Ec-
„clesiæ incrementum procurandi sollici-
„tudo, vesterque erga me affectus tot
„argumentis comprobatus: Proxime
„Vobis, uti confidimus, conditiones
„hujus pacis indicabimus, indeque
„cognoscetis omnem sollicitudinem eo
„abiisse, ut per solidum corpus doctri-
„næ, & in eo fundatam acceptationem
„non modo veritas sed & doctrinæ mo-
„ralis puritas, necnon Gallicanæ Ec-
„clesiæ libertas sarta tectaue servare-
„tur. Omnes ferme Franciæ Præsules
„promptissimo animo suam contulerunt
„ope-

Sæc. XVIII. „operam, ut sua auctoritate firma
 A. C. 1720. „rent celeberrimam illam explicatio-
 „nem, qua cunctis abusibus hucusque
 „Ecclesiam perturbantibus obviaretur.
 „Nil reliquum esse videtur, nisi ut fervi-
 „das ad Deum preces fundatis, quæ
 „tenus piis eorum adsit consiliis, qui
 „ardentius, quam veritatis & paci-
 „firmitatem desiderarunt. Id ipsorum
 „Vobis in vestris precibus commende-
 „mus; persuasum enim Nobis est, quod
 „& Vos lubentissimo animo tam neces-
 „sario utilique operi accessuri, hanc
 „ratione ad tumultus, quibus Ecclesia
 „per tot annos fuit agitata, sedandos
 „necnon ad graviora, quæ eidem Ec-
 „clesiæ imminere possent, mala feliciter
 „ter præcavenda auxiliatrices manus
 „præbituri sitis. Si tamen quidam tur-
 „bidi ingenii homines pacem interrumpere
 „machinarentur, haud dubitamus,
 „quin hac de re Nos nulla morâ
 „certiores reddituri sitis. Denique
 „sacrato hoc tempore pro Nobis vestras
 „geminate preces. „

§. IV.

Hujus acceptationis successus.

Lafiteau
Hist. Const.
l. 5. p. 179.

Postquam Noaillius Cardinalis Serenissimum Regenti sinceram Confessionis acceptationem scriptotenus promiserat

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

miserat, & Præfulum potissimi sua sub-
 scriptione Quesnelli librum, propo-
 sitiones inde extractas, interpositas ap-
 pellationes, libellosque in earum de-
 fensionem editas damnaverant, Ludo-
 vicus XV. Franciæ Rex, necnon Phi-
 lippus Regni Moderator, ceterique om-
 nes Aulæ Proceres haud ultra dubita-
 bant, tamdiu exoptatam Ecclesiæ pa-
 cem feliciter tandem esse confectam:
 eapropter Petro Lafiteau Siftericensi
 Episcopo, qui Cardinalis Tremolii non
 ita pridem defuncti vices in Constitu-
 tionis negotio gerere a Rege jussus, die
 sexta Februarii Romam reversus erat,
 injunctum est, ut ingens pacis nego-
 tium plene consummatum fuisse, sum-
 mo Pontifici significaret: Hic vero de
 Noaillianæ acceptationis sinceritate ad-
 hucdum dubitare videbatur, nec im-
 merito; compererat enim, quod hic
 idem Cardinalis die decima octava
 Martii ad omnes Diæcesis suæ Parochos
 encyclicam dedisset epistolam, in qua
 eos hortabatur, ne acceptatione a se
 transmissa, nec explicationibus pariter
 a se adoptatis terrerentur, *meis enim,*
scribebat Noaillius, explicationibus veri-
tatem in tuto collocare intendi, mea vero
acceptatio non nisi relativa est. His verbis
 Noaillium intellexisse arguebat Ponti-
 fex, quod veritatem contra vulnera
 eidem

Sæc. XVIII. eidem *per Bullam* inflicta protexerit, &
 A.C. 1720. non alias explicationes, quam illos,
 quibus suo iudicio veritatem sartam
 tectamque servavit, adoptarit. Præ-
 terea nuntiatum erat Pontifici, quod
 duo libelli, ad innovandos tumultus
 nati, quorum prior *Animadversiones in*
pacem Ecclesiæ, alter *annotationes in ex-*
plicationes inscribebantur, Parisiis divul-
 gati fuerint, & quidem prior sub pro-
 prio Noaillii nomine, alter vero eo-
 dem conscio, & approbante; ipse e-
 nim hæc annotationes in suo sancti
 Maglovii Seminario per Patres Oratorii
 publice distribui permisit: Ea res sum-
 mopere displicuit Regni Moderatori,
 cuius jussu etiam uterque libellus ut-
 pote summo Pontifici atque Episcopo
 maximopere injurius, & Jansenistarum
 principiis turgidus Parisiensis Curiae de-
 creto Mense Aprili fuit suppressus; tan-
 tum tamen Noaillii auctoritas tum ve-
 luit, ut hoc edictum publici juris fieri
 hosque libellos ad rogum damnari præ-
 pediret. Unde Parisiensis Diæcesis Pa-
 rochi patrocinio sui Archiepiscopi ac
 Cardinalis tuti, eo audaciæ prolepti
 sunt, ut eorum pauci scriptum quod-
 dam, in quo contra acceptationem
 factam unacum Clero reclamarent,
 suo chirographo firmarent, & Damo-
 rous Vicarius ad S. Margaritam libel-
 lum

lum sub titulo: *Principia a Noaillo Cardinali stabilita in sua Instructione, nec non Sauffeyus alium cum titulo: veritas reddita palpabilis* in vulgus spargerent: His ex rationibus Pontifex, priusquam explicationes, factamque acceptationem ratas haberet, de appellantium sinceritate certior fieri voluit, huncque in finem petiit, ut Noaillius aliam epistolam ad suos Parochos perscriberet, in eaque illis significaret, quod Constitutionem cum relatione acceptando, suam acceptationem esse restrictivam non intenderit, nec etiam veritatem per Bullam, sed per *Bullæ abusus* fuisse læsam asserere voluerit, sique præfati duo libelli nec ex Noaillii calamo nec ex ejus mandato prodierint, Hic contrario scripto id palam faceret, & utrumque libellum ipse proscriberet: quantum vero ad acceptationis suæ formulam, claris verbis declararet, quod a consueto, quo ceteri Franciæ Episcopi dogmatica sacræ Sedis decreta hucusque acceptarunt, modo recedere nullatenus velit, ne ejus acceptatio, in qua relationis mentio inspergitur, Constitutionis Pontificiæ restrictio esse videretur.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

§. V.

*Philippi Franciæ Moderatoris delib-
ratio circa hanc controversiam.*

*Lafiteau l. c.
pag. 183.
Dorsum.
Journal
pag. 513.*

Præter hæc Pontifex etiam ab ipso
Regni Administratore petiit, ut in
novo Regis mandato, quo Constitutio
per universum Regnum recipi jubere-
tur, insuper infereretur, omnes appella-
tiones, cunctaque edicta contra
libros in Constitutionis defensionem scrip-
tos promulgata omnino irrita, nulla
& suppressa esse. Hæc Pontificis polle-
lata Sistericensis Episcopus in suis literis
Regenti proposuit: Hic vero respondit.
Noaillii acceptationem per ejus episto-
lam ad Parochos datam minime
tari, proin videri, quod Pontifex vel
nullum Noaillianæ acceptationis exem-
plar, vel nonnisi corruptum receperit
circa ambos quoque libellos, utpote
jamjam Curiæ edicto proscriptos, non
viam litem movere, supervacaneum
esse: de cetero autem in Regio man-
dato ita Sedis Apostolicæ prærogativa
consultum iri, ut tamen a Regni iuribus
nihil decederet, pariter Episcoporum
jura tuendi studio ambos libellos fuisse
suppressos, ipsique supremo Advocato
injunctum, ut in sua oratione Magis-
tratibus laicis injungeret, ut cogni-
tionem

tionem eorum, quæ doctrinæ res con- Sæc. XVIII.
cernunt, Episcopis plene relinquere: A. C. 1720.

Verum his nondum contentus erat Pontifex, insuper etiam appellationes esse nullas ita declarari petiit, ut ullam deinceps interponere & Parlamenta sese Ecclesiæ rebus ingerere interdicerentur, *si enim Rex*, inquiebat Papa, *id facere detrectaverit, mearum partium erit hoc prohibere.* In tanta tamen rerum perturbatione summo Pontifici levamen attulerant Abbatis Du Bois literæ, quibus significatum, pacis firmitati aliqua quidem deesse, nec etiam ampliora hucusque a Noaillio obtineri potuisse, se vero nulli parciturum labori, ut superatis jamjam difficilioribus, ultima manus completæ paci admoveretur ipsum etiam Noaillum ad acceptandam Constitutionem ab aliquo tempore propensio- rem videri, & si quid in ejus acceptatione adhuc desideraretur, id progressu temporis ab eo obtineri posse, haud igitur consultum fore, hucusque bene cæpta ante eorum consummationem evertere. Præterea Regni Moderator Burnatum S. Pauli Parochum, necnon Damoroum & Sauffeyum utriusque injuriosi libelli Auctores per Argensonium Curia Prætorem captos abduci jussit, quo comperto Noaillius Cardinalis questum ibat ad Regni Moderatorem,

Hist. Eccles. Tom. LXX. Gg eo-

Sæc. XVIII A. C. 1720. eo quod se infcio tres Sacerdotes a Parisiensibus Parochiis amoverentur, hancque injuria de concordia & pace mandandi occasio populis præberetur. Verum ad has querelas reposuit Regi Regens, hos Sacerdotes ob libellum ipsimet Cardinali injurios novosque motus ab eis concitatos merito ad Bastillæ carceres fuisse raptos; paulo post tamen omnes tres inde liberati sunt, postquam scriptum illud, per quod acceptationi sese opponebant, revocantes in ignem projecerant. Quoniam vero Boloniensis & Mont - Pessulani Episcopi Noaillo Cardinali suam inconstantiam acerbior scripto expresserant, ceterosque Episcopos opponentes ad rejiciendam hanc concordiam, & innovandas suas appellationes concitassent, ac insuper Nemausensis & Santonensis Episcopi in suis Instructionibus Pastoribus, plures Episcopos Acceptantes a subscribendo doctrinæ summario seu novo doctrinæ Corpore avertissent, hinc intra triduum Parisiis ad suas Diæceses recedere, a Rege jussi sunt.

§. VI.

Universitatis Parisinæ oppositio contra hanc pacem.

Præterea tam pertinaci diffensionum Sæc. XVIII.
 spiritu quidam Sorbonæ Doctores A. C. 1720.
 agitabantur, ut quotquot suæ rebel-
 lioni adversari crederent, pessumdatis
 omnibus decentiæ, ac modestiæ legi-
 bus exagitarent, & pro juratis sui ho-
 noris hostibus haberent: Infani hujus
 furoris specimen dedere, dum Leonem
 Potiers de Gesures Archiepiscopum Bi-
 turicensem Sorbonæ Doctorem ad Pur-
 puram Romanam fuisse elevatum com-
 pererant: Enimvero Jolainus Faculta-
 tis Theologicæ Syndicus die prima Ja-
 nuarii pro more in publicis comitiis
 proponebat, quosdam Doctores esse
 deputandos, qui huic Cardinali, ut-
 pote quondam Facultatis Parisinæ Do-
 ctiori, novam hanc dignitatem gratu-
 larentur: verebantur tamen nonnulli,
 ne fors Cardinalis, qui ante biennium
 in suo Mandato appellantes Doctores
 pro excommunicatis habuit, hanc le-
 gationem minus sibi acceptam haberet,
 quocirca Syndicus desuper Abbatem
 de Gesures Cardinalis Nepotem consal-
 tabat, a quo tamen in responsis habuit,
 a suo Patruo hosce Deputatos omni
 gratitudinis significatione exceptum
 iri: Facta igitur Syndici propositione
 octo ex Senioribus Doctoribus unacum
 Savignyo & Bidato censuerunt, hunc
 honorem Cardinali omnino esse dese-
 rendum,

Dorsann.
l. c. p. 502.
§ 516.
Gottfrid.
Hist. cont.
Chron. l. 17.
pag. 769.

Gg 2

Sæc. XVII
 A. C. 1720

rendum, Legerus autem Doctor hinc
 sese opposuit, declarans, quod hic Car-
 dinalis quondam Archiepiscopus Bito-
 ricensis adversus Facultatem signaverat
 libellum Serenissimo Regenti oblatum
 in quo non pauca in Facultatis dedecus
 & totius scholæ excidium tendentia
 continebantur, ac insuper idem Archie-
 piscopus Mense Octobri Anno 1718
 in suo Mandato cunctos Appellantes
schismaticos atque hæreticos esse decla-
rit: incongruum itaque foret, si Facul-
tas cuidam Præsuli, a quo tamen adeo
indigne habita est, suæ venerationis
ac reverentiæ specimina daret: Adhuc
jus Doctoris declarationem ferme om-
nes censuerunt, nullos Doctores ad
hunc Cardinalem esse deputandos: Ve-
rum hujus sententiæ indignitate com-
motus Regni Administrator, die deci-
cima tertia Januarii Argensonio Regi
Sigilli Custodi injunxit, ut Syndicum
acerbe redargueret, eique significaret,
quod Regni Regens Legeri temeritate
vehementer offensus, eundem in exi-
lium amandare decreverit: Hoc con-
perto Syndicus mox altera die congrega-
tis exposuit, nullam aliam declinatio-
dæ indignationis viam superesse, nisi
ut perperam acta revocarentur: annu-
lata igitur priori Doctorum sententia im-
met Cardinalis de Gesures exilii poenam
 Leg

Legero condonari, a Regni Regente Sæc. XVIII.
 impetravit. Nec tamen propterea de- A. C. 1720.
 ferbuit obstinatorum infania, sed novis
 incrementis rebellionis flammæ exarse-
 runt, postquam fama increbuit, Epi-
 scoporum potissimos Constitutionem ac-
 ceptasse, revocatisque appellationibus
 libros contra Bullam editos damnasse,
 ipsamque etiam Noailium eis acces-
 sisse: quapropter suo furori nimium in-
 dulgentes, die decima quinta Martii
 conspirantibus Doctorum quampluri-
 mis, & Clericorum potissimis scriptum
 divulgant, in quo sese quatuor Epi-
 scoporum appellationi immoto studio
 adhærere, iterum profitebantur, nec
 his contenti, insuper in odium epistolæ
 encyclicæ, qua Noailius pacem com-
 mendare videbatur, die vigesima octava
 Martii novum appellationis instrumen-
 tum erexere, eique subscripserunt: Hoc
 ausu Serenissimus Regni Administrator
 concordiæ vix non conclusæ negotium
 disturbari veritus, & severitate uten-
 dum ratus, Argensonio Regni Cancel-
 lario, ac supremo Regni Prætori ne-
 gotium dedit, ut ad Facultatis Theo-
 logicæ domum mox sese conferrent, at-
 que ex ejusdem tabulis plures articu-
 los pacis negotiationi contrarios ex-
 cerperent, simulque Facultatis Decano
 & Syndico præciperent, ut de hucusque

Gg 3

at-

Sæc. XVIII. attentatis haud ultra quicquam move-
 A. C. 1720. rent, nec de pacis compositione deli-
 berare præfumerent: Die etiam prima
 Aprilis Abbas du Bois Syndicum ad se
 jussit, eidemque exposuit, concordiam
 esse restitutam, Regem quoque literis
 quibus hujus pacis consiliis Sorbonam
 accedere juberetur, expeditivisse, quod
 ipse ad Facultatem Theologicam de-
 ferret: tergiversante autem Syndico Ab-
 bas reposuit: num ergo vestri Doctores
 quominus Regi suo obtemperent, exem-
 ptos se esse credunt? ad quod Syn-
 dicus respondit, eos quidem ad obedien-
 dum adeo esse promptos, ut etiam res
 tam & bona sua prodigere parati essent.
 Regem vero ab eis nihil contra reli-
 gionem & conscientiam præcipere pos-
 se: Opponente autem Abbate, quod
 exilii pœna in refractarios esset statua-
 tum in proximis comitiis altercationibus
 maximis clamoribus habebantur, in-
 terioribus omnino in itæ conciliationis
 viæ inhærendum declarantibus, alios
 ad subeundum exilii supplicium
 fortiter excitantibus: augebantur
 dies etiam appellationes, quas Bege-
 nius Canonicus ad S. Jacobum, & Tho-
 venotus Doctor Notariatus sigillo firm-
 mabant, propterea ad Bastillæ carce-
 res damnati.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. VII.

*Regis declaratio de Constitutione per
universum Regnum acceptanda.*

Die quinta Junii quinquaginta Sorbonæ Doctores Noaillium Cardinalem accessere, eique suam ignaviam magna temeritate exprobrantes, seposita omni reverentia eidem declararunt, quod nec ejus doctrinæ summarium nec Constitutio Divino Verbo ac veritati consona sit, proin Sorbona Constitutionem nequidem *relative ad Corpus doctrinæ* vel ad alias explicationes recipere valeat, sed unice suæ appellationi inhæreat. Noaillius equidem factæ acceptationis pœnitentiam simulans, una ex parte, ne Corpus doctrinæ publici juris fieret, variis effugiis præpedire nitebatur, ex altera vero parte, ne Regem magis exacerbaret, Philippo Regni Administratori rursus auctor exstitit, ut compositionis acta per publicum edictum promulgaret, prius tamen idem edictum ad Parlamento tabulas referri juberet. Placuit Regenti hoc consilium, potissimum eo nomine, quod pacis negotio hac ratione ultima manus absdubio accessura esset, ac Pontifex, cuncta componendis hisce diffidiis agitata &

*Descript.
Hist. Univ.
part. 8.
fol. 602.*

Gg 4

scri-

Sæc. XVIII. scripta quantocius Romam transmissa
 A. C. 1720. petiisset: Die igitur quarta Augusti
 Rex, ut pacis compositionem sua auctoritate firmaret, declarationem huiusmodi
 edictum promulgari iussit, cuius precipua capita erant hæc. I. In omnibus
 Franciæ ditionibus Constitutio Unigenitus observetur, necnon omnibus
 singulis sit interdictum, ne quid contra eam vel contra Instructionem Pastorem
 Anno 1714. editam, vel adversus huius Constitutionis declarationem
 Cardinale Noaillo in Corpore doctrinam factam quis loquatur, scribat, doceat, aut
 quovis pacto divulget. II. Cunctæ appellaciones ad Generale Concilium
 usque interjectæ, aut impostera interponendæ sint prorsus nullæ, irritæ,
 ac prohibitæ. III. Cuncta tam Pontificia, quam Regia decreta contra
 Jansenii errores edita rursus confirmata censeantur. IV. Edicta & declaraciones
 circa Jurisdictionem Ecclesiasticam promulgatæ in pleno suo vigore ad effectum
 deducantur, proin iudicium & cognitio in Religionis & fidei rebus integra
 Archiepiscopis reservetur, hiis hanc jurisdictionem in omnes privatos
 & communitates sine ullo discrimine exacte exercent, omniaque Parliamentaria
 & Curia ad hoc Archiepiscopis auxiliatrices præbeant manus. V. Omnibus

bus & singulis Regis subditis serio fit Sæc. XVIII.
interdictum, ne invicem injuriosis No- A. C. 1720.
vatorum, Jansenistarum, Schismatico-
rum, Hæreticorum, vel similibus agno-
minibus lacessere præsumant, trans-
gressores vero pœna rebellibus, pacis-
que publicæ perturbatoribus statuta
plectantur. VI. Rex cunctos Franciæ
Archiepiscopos, Præsules, Parlamen-
ta, Curias, & Ministros serio hortaba-
tur, ut omni studio ac diligentia præ-
pediant, ne quid summo Pontifici ac
Regni Episcopis debitæ reverentiæ ad-
versum, vel Gallicanæ Ecclesiæ liber-
tatibus contrarium, aut præfatæ Con-
stitutioni, ejusque explicationibus re-
pugnans, vel in moralium Reflexio-
num, & propositionum inde excerpta-
rum defensionem, aut ad innovanda
dissidia recens composita cedens scri-
batur, divendatur, vel quovis modo
disseminetur, sed potius circa hæc om-
nia æternum servetur silentium.

§. VIII.

*Quorundam Episcoporum, Parla-
menti, & Sorbonæ oppositio contra
hoc Regis edictum.*

Hoc igitur edictum seu declarationem Dorsann.
Regni Regens ad Parisiense Par- pag. 24.
lamentum, quod tum Pontifariam erat
Gg 5 trans-

Sæc. XVIII
A. C. 1720.

translatum, die secunda Septembris
transmisit, ad tabulas referendum. In
vero novæ contentionis fomes; Parli-
amentum enim nec blandis nec acerbis
verbis, nec minis, nec rationum ponderibus
induci poterat, ut hoc edictum aliter
quam additis restrictionibus ad acta
referret: Verum Philippus Regni Mod-
erator id minime permittendum cre-
tus, eadem adhuc die & quidem con-
cubina nocte Vrillierum Marchionem le-
gii Senatus Secretarium ad Parliamen-
tum Præsidentem, ejusque Advocatos ablega-
vit, dato negotio, ut ab eis Regium
edictum quantocius repeteret: Rotum
enim firmumque habebat, omnes condi-
sas, quæ Bullam concernunt, eorum
que cognitionem a Parisiensi Parliamen-
to evocare, & ad sanctius Consilium de-
volvere, hancque in rem Rex die de-
cima quinta Septembris edito decreto
præcepit, ut omnes controversiæ circa
Constitutionem *Unigenitus* ortæ vel in-
posterum orituræ ad secretius Regium
Consilium deferrentur: Præprimis legi-
tur Rex missis literis Sanctiori Senatui
die decima octava Septembris præce-
pit, ut suam declarationem circa præ-
sentes controversias ad acta referrent.
His vero tergiversantibus Regni Mod-
erator ipsemet comitantibus eum omni-
bus Regiæ stirpis Principibus, & præ-

cipuis Regni Proceribus hujus Consilii Sæc. XVIII.
 Aulam die vigesima tertia Septembris A. C. 1730.
 ingressus, Regium edictum ad tabulas
 referri jussit: Nec tamen deerant, qui
 sese rursus opponerent: ad motas vero
 eorum difficultates ipsemet Moderator
 respondit, easque dissolvit ac demum
 Cancellarius tam efficaci verborum ra-
 tionumque copia hanc in rem differuit,
 ut prævalente suffragantium numero e-
 dictum altera die tabulis insereretur.

§. IX.

*Pertinax Parisiensis Parlamenti op-
positio contra Regii Consilii
sententiam.*

Attamen potissimi ex Parisiensi Parla- Gottfrid.
 mento Pontifaræ congregato con- l. c. p. 770.
 tra sanctioris Senatus decretum vehe-
 menter reclamabant, ac solemniter pu-
 blicoque edicto intercedebant, cui et-
 iam oppositioni die decima Octobris &
 biduo post Appellantes quatuor Epi-
 scopi, Tourniense Capitulum Cathed-
 rale, ac præcipue Sorbona accessere.
 Insuper quidam ex Parlamento ceteris
 pertinaciores ad Concilium generale
 provocarunt. Hæc illorum contumacia
 Regentem ad iracundiam eo majorem
 adduxit, quo certius pravitatem exem-
 pli in Viris dignitate auctoritateque con-
 spicuis

Sæc XVIII. spicuis longe potentiores, quam in
 A. C. 1720. vatis ad corruptelam & promiscuam
 pellandi licentiam vires habere novent
 unde bene cæptorum frustrationem pre
 venturus, horumque audaciam le
 riore pœna coerciturus, quamprim
 Noaillius suum mandatum publici ju
 fecerat, totum Parlamentum Ble
 die secunda Decembris in exilium fec
 dere iussit. His minis haud parum ter
 riti Senatores, cum insuper Parisi
 revertendi spes, atque illecebra acci
 deret, a primo suo resistendi ardore
 haud parum remittebant: unde Me
 guius Abbas hanc animi dispositionem
 opportune in rem suam usus, pertina
 cioribus exposuit, jamjam promulgat
 Noaillii Instructione seu unionis factæ
 approbatione totum negotium esse p
 confectum, proin eorum oppositionem
 esse omnino supervacaneam, & nem
 nisi ipsis solis noxiam: Tantum val
 hæc Abbatis oratio, ut ex Senato
 bus potissimi Regium edictum ad act
 esse referendum decernerent. Die igi
 tur quarta Decembris omnes (exceptis
 quinque) Parlamenti Patres Regis de
 clarationem seu edictum tabulis in
 ruerunt, salvis tamen Ecclesiæ Gal
 canæ libertatibus, privilegiis, regni
 que juribus circa Episcoporum potest
 tem ac jurisdictionem. Quinto er
 post

post die Regni Moderator, actum, Sæc. XVIII.
A. C. 1720.
 quo Sanctius Consilium pacificatio-
 nem circa Constitutionis dissidia ini-
 tam ad acta retulit, tanquam irri-
 tum, nullumque declaravit. Adhuc-
 dum tamen contumaces & ad repu-
 gnandum obstinati perstabant non
 pauci Sorbonæ Doctores; cum enim
 die undecima Decembris novi Rectoris
 electio instaret, Rollinus hoc officio
 functus, orationem habuit, in qua il-
 los, qui contra unionis decretum Pon-
 tificiam ad Parlamentum supplices re-
 currebant, summis elogiis celebrabat,
 cunctaque circa novam appellationem
 gesta confirmabat: Hæc Rectoris ora-
 tio, velut innovatæ appellationis testi-
 monium summo applausu excepta est,
 decretumque, ut ea Universitatis tabu-
 lis inscriberetur: Rex autem cognita
 horum pervicacia gravi iracundia ex-
 ardescens contra hos Doctores, Pur-
 choto Syndico literas in comitiis præ-
 legendas tradidit, hujus tenoris: *Com-
 perto, quod pro proxima Electione Recto-
 ris, vel hujus officii continuatione ad diem
 decimam sextam comitia vestra sitis habituri,
 Vobis inhibemus, ne Rollinum in hoc munere
 confirmetis, sed injungimus vobis, ut Vi-
 rum magis moderatum ei subrogetis, De-
 nique prohibemus, ne ejus sermonem ad acta
 referatis, Et si relatus est, illum quanto-
 tius*

Sæc. XVIII. *tius deletis, hoc vero nostrum mandatum*
 A. C. 1720. *tabulis inferere non cunctemini:* His Pur-
 chotus subjunxit, non jam agi, ut de-
 super deliberent, sed protinus pareant.
 quapropter Cossino electo mox Univer-
 tas hæc Regis literas, ejusque decla-
 rationem ad acta retulit.

§. X.

Regis edictum contra appellationes

Fracta horum pervicacia Rex die ter-
 tima Decembris Sanctioris Consilii
 decreto mandata, quibus Senecalis,
 Montpessulanus, Bolognensis & Mura-
 picensis Episcopi suam appellationem
 innovarunt, tanquam summo Pontifici
 & Franciæ Episcopis injuriosa, nec
 non Ecclesiæ paci, atque auctoritati
 Regiæ contraria suppressit, præcepit
 que, ut omnia acta innovatæ appella-
 tionis juxta declarationem regiam die
 quarta Augusti promulgatam pro irrita
 nullisque haberentur, ac Provinciarum
 Prætores ad exequendum hoc edictum
 auxiliatrices præberent manus, & con-
 cta, quæ ab eis fuerint præcepta, in
 opus deducerentur, non obstantibus
 oppositionibus & quorumcunque appella-
 tionibus, quarum si quæ fierent, cog-
 gnitionem Rex sibi, suoque Consilio
 referret.

reservavit, eamque omnibus aliis Cur- Sæc. XVIII.
 iis ac Tribunalibus interdixit. A. C. 1720.

§. XI.

*Cardinalis Noailii fluctuatio circa
 acceptationem Constitutionis.*

Ad reddendam Ecclesiæ Gallicanæ pa- Dorsann.
 cem nil reliquum videbatur, quam Journal t. 2.
 sincera Cardinalis Noailii acceptatio; p. 3. & II.
 quamvis enim ad pacis consilia ab Epi- ac seqq.
 scopis proposita & approbata sese haud
 difficilem monstraret, postquam vero
 suam epistolam encyclicam ad Parochos
 suos Romæ proscriptam compererat,
 in concordiae conditiones descendere
 haud ultra voluit: acrius vero tan-
 quam datæ fidei immemor a Regni Re-
 gente objurgatus, hanc repugnantiam
 sibi tandem summopere funestam suo-
 que honori exitiosam fore reputabat; un-
 dique enim contra se suamque Instructio-
 nem Pastoralem, & appellationes fa-
 mosos spargi libellos, seque ea destituti
 auctoritate viderat, qua Ecclesiasticos
 sibi adhærentes contra vexationes
 a suis Episcopis acceptantibus & a Rege
 jure irrogatas tueri valeret: unde ti-
 mebat, ne eorum quamplurimi Regiæ
 indignationi succumbentes, serius aut
 citius a suis appellationibus desisterent,
 & fors Constitutionem *pure ac simplici-*
ter

Sæc. XVIII. ter acceptarent, proin imminuto de
 A C. 1720. hærentium numero ipse solus factionis
 quæ Gallicanam Ecclesiam tandiu fœde
 proscidisset, Antesignanus & pertinax
 schismatis fautor non sine maximo
 minis sui dedecore audiret; & pro schis-
 matico & in fide suspecto haberetur.
 Insuper adversa valetudo, memoria
 infelicitas, viresque laboribus exhaustis
 proximam præſagiebant mortem,
 cujus recordatione anxius obruebat
 curis, qualiter coram Divino Judoce
 comparere, & de ortu & præſentis con-
 troverſiæ progressu ac exitu rationem
 reddere poſſet.

Inquietiſſimus quoque cogitationum
 turbo ejus circumſonabat animum
 funeſta recordatione demerſum ob
 turbatum rerum ſtatum, in quo
 obitum ſuum re nondum decifa
 ceſin ſuam, Facultatem Theologicam
 cunctos ſui exempli ſequaces reſol-
 queret, ac Suſceſſoris fors Pontificis
 ac Jeſuitis addiſtiffimi vindictæ & in-
 dignationi exponeret. Viderat etiam
 quamplurimos Episcopos pacis compo-
 ſitioni acceſſiſſe, & mandata, quibus
 ſeſe ab appellantium communionem ſe-
 gregare teſtantur, in promptu habere.
 illos quoque, qui antea arcto amicitia
 vinculo, & opinionis conſenſu ſibi jun-
 ctos noverat, ſeſe ab ejus conſortio
 abrum

abrupte, Aulicos tam diuturnæ dis- Sæc. XVIII.
 fensionis tædio affectos hoc negotium A. C. 1720.
 tandem finiri ardentè peroptare, &
 Regentem ipsum Acceptantibus oppido
 propitium, Appellantibus vero omni
 data occasione infensum esse. Nec ma-
 gis benignam sortem sibi ab ipso Rege
 paulopost ad Regni clavum admovendo
 polliceri poterat, cum omnes, qui nunc
 ejus latera stipabant, sibi minus pro-
 pensos nosset: nec etiam ignorabat,
 Parisiensis Parlamenti auctoritatem op-
 pido imminutam esse, ejusque decreta
 ab Argensonio ferme semper irritari,
 vel corrigi, Provinciale Parlamentum
 vilipendi, Gratianopolitanum, Divio-
 nense, Bisantinum, Duacense &c. Ultra-
 montanis opinionibus inhærere, ce-
 tera vero a pristino suo ardore pluri-
 mum remittere, appellantium nume-
 rum diminui, exteros Episcopos im-
 mote summo Pontifici, ejusque de-
 cretis adhærere, & potissimos Franciæ
 Episcopos firmatæ pacis negotiationi
 accessisse, ipsamque Parisiensem Diæ-
 cesin contra Archiepiscopi sui pertina-
 ciam haud dissimulanter insurgere.

Hæ pluresque aliæ rationes Noail-
 lii animùm tandem ad acceptandam
 Constitutionem magis propensum red-
 debant, sibi tamen minus decorum ra-
 tus, si eam pure & simpliciter ac sine
Hist. Eccles. Tom. LXX. Hh pro-

Sæc. XVIII. propriis explicationibus reciperet, ma-
A. C. 1720. datum seu Instructionem Pastoralem
 confecit, quam etiam exeunte Men-
 Julio Franciæ Cancellario exhibuit,
 cujus tamen suafu nonnulla ad verum
 Bullæ sensum magis explanandum ne-
 cessaria addidit.

§. XII.

*Idem Cardinalis a Coveto Abbate
 acceptandam & promulgandam Con-
 stitutionem permotus.*

Act. publ. **Enimvero** Cardinalis Noaillius suum
Const. p. 615. mandatum unacum notis a Can-
 cellario suggestis Rohanio Cardinali &
 sex Episcopis Appellantibus tradidit,
 ast Rohanius multa adhuc alia omnino
 corrigenda censuit, ipso Cancellario
 hujus immutationis necessitatem agno-
 scente. Verum Noaillius a sua senten-
 tia ne latum unguem ultra recedendum
 ratus, proximam concordiæ spem
 ejusque complementum elusit: Ea res
 Philippum Regni Regentem ad extre-
 mas conjecit angustias, quocirca ulti-
 mum admoturus arietem, Covetum
 Abbatem Virum doctrinæ præstantia
 & eloquentiæ efficacia insignem ad Car-
 dinalem ablegavit. Hic ergo summa
 verborum pondere eidem expoluit,
 quod si ulterius confectæ pacis negotio
 acce-

accedere recusaret, sui Ministerii causam palam proderet; postquam enim Constitutio ab universa pene Ecclesia fuisset acceptata, Episcopus quilibet omnem suam auctoritatem impendere teneretur, ut præpediat, ne veritas Catholica ex abusu ejusmodi Constitutionis impugnaretur, ad hoc autem unice conferrent explicationes ab omnibus Episcopis approbatæ: sique ipse diutius suum mandatum publicum reddere cunctaretur, Papa censuras vibraturus, & Episcopi sese ab ejus communione segregaturi essent, & in publicis sermonibus ipse tanquam schismatis Author, & hæreticus proclamandus, Sacramenta etiam ab Appellantibus administrata pro nullis habenda forent, Appellantes quoque ab Episcopis & Parliamentis gravius adhuc vexandi essent, quæ tamen vexationes cessarent, si Cardinalis suum mandatum publicum redderet; tunc enim facile edictum a Rege impetrari posset, quo fanaticis ejusmodi insectationibus obex opponi valeret.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. XIII.

Præfati Cardinalis mandatum, & Constitutionis explicationes.

His rationibus expugnatus Cardinalis, die secunda Augusti suum mandatum

Hh 2

datum

Sæc. XVIII. datum unacum explicationibus con-
A. C. 1720. cit, cujus summa hæc est. Præprim-
 utrique suæ Diæcesis Clero in memo-
 riam revocavit, quæ in Constitutionis
 negotio, ipsis suorum laborum testibus
 ac mentis suæ depositariis hucusque
 egit, nunc ergo non modo ipsis, sed
 Gallicanæ, imo universæ Ecclesiæ ra-
 tionem redditurus testabatur, quod a
 exordio horum motuum, quibus Ec-
 clesia agitatur, semper pro verita-
 tis defensione ingens pacis desiderium
 foverit: quamvis verò nequaquam ve-
 lit gloriari, sibi magis, quam suis Con-
 fratribus ob scientiam & virtutem ve-
 nerandis cognitas fuisse Ecclesiæ neces-
 sitates, insolitum tamen in rebus Ec-
 clesiasticis hæud sit, quod in re tanti
 momenti, qualis per plures annos ejus
 sollicitudinem exercuit, etiam doctis-
 simi, ac integerrimi Viri, quamvis in
 præcipuo sine concordēs, in seligendis
 tamen mediis inter se dissenserint.

His præmissis exponebat, quod ipse
 cum aliis cordi habuerit, quam inde
 digne non pauci Constitutione *Unigeni-
 tus* abutentes, ad propugnandas peri-
 culosas, falsasque opiniones summi
 Pontificis nomen usurparint, imo ali-
 etiam Ecclesiæ doctrinam ab eodem
 fuisse impugnatam effutierint: Ad vitan-
 dicandas hæc calumnias menti & digni-

dignitati Sanctitatis suæ adeo injurias Sæc. XVIII.
 Clerum Gallicanum in comitiis Anno A. C. 1720.
 1713. & 1714. habitis, quibus ipse
 præerat, unice eo intentum fuisse aje-
 bat, ut veritatem Catholicam, & si-
 mul pacem, sine qua non raro veritas
 periclitatur, conservent: Eo etiam si-
 ne Instructionem Pastoralem unacum
 Constitutione ad Episcopos absentes
 transmiserit, eorumque potissimi sua
 mandata, quibus receperant Constitu-
 tionem, adjecerint huic Instructioni
 tanquam (uti aiebant) *scutum & pro-*
pugnaculum interpretationibus vero Con-
stitutionis sensui contrariis oppositum.

Haud segniori veritatis pacisque
 conservandæ studio incensus, hasque
 Cleri vias ad sedandas turbas præci-
 pue in ampla ejus Diæcesi exortas haud
 sufficere ratus, Pontificem pro neces-
 sariis Bullæ explicationibus, quæ ejus-
 dem cum Constitutione auctoritatis tur-
 bidos spiritus placare possent, sollicita-
 rit, quin diversam ab aliis viam in-
 gressus Ecclesiam se turbasse credi-
 derit, cum omnes Franciæ Præsules
 explicationes Constitutioni addendas
 esse inter se convenerint, & duntaxat
 in eo dissenserint, quod quidam eas
 propria auctoritate esse addendas, alii
 vero illas a Sacra Sede petere, suaque
 dubia eidem proponere pro veritate ma-

Hh 3 gis

Sæc. XVIII
A. C. 1720. gis tutum, Ecclesiæ magis proficuum
& erga sacram Sedem magis subri-
sum fore censuerint.

His subjunxit Noaillius, quod ad
testimonium veritati reddendum, &
delendas suspiciones de primorum Pa-
storum orthodoxia haustas, præcave-
dos turbidorum motus, imbecillium
scandala, & Sectariorum ludibria
cunctosque ad unitatem variis viis re-
ducendos declarandum censuerit, quod
Præsules in fidei substantia non disses-
tiant, explicationes vero communi Ec-
clesiæ Gallicanæ consensu approbatæ,
ubi Pontifex eas dare renuerit, ad reb-
dendam veram pacem & sedandas con-
scientiarum anxietates conferre possint.
cum vero hæ explicationes optato suc-
cessu frustratæ, & nonnulli his diffidi-
freti in ipsum suum Pastorem insurre-
xerint, ipse vero *per infamiam & bonam*
famam Deo & Ecclesiæ inservire para-
tus, & bonum pro malo reddere juxta
verum Episcopi characterem obstratus,
vivente adhuc Ludovico XIV. Rege om-
nia conciliationis adeo exoptatæ me-
dia sincere adoptarit, nec etiam post
hujus Regis obitum ab hac sententia
insuperhabitis, qui omnes pacis vias
spernunt, factiosus recesserit, ipseque Re-
sui desiderii testis in colloquiis de unione
reddenda habitis agnoverit, inter Episcopis

scopos dissensionem opinionum non ver- Sæc. XVIII.
fari circa dogmata, ac fidem. A. C. 1720.

Ex hoc autem consensu unio perfecta sperari potuisset, nisi Deo ita permittente Ecclesia adhuc diutius, acriusque agitari debuisset, ut omnes pacis beneficio eo ardentius ad Cælum suspirarent: nihilominus tamen ipse inter medias hasce tempestates declaravit, inter omnia concordiae media magis profuturas explicationes inter Regni Præsules conventas: nunc quoque præter omnem expectationem hoc medium arripi, & Episcopos doctissimos æque ac pacis studiosissimos adeo exacte errorem a veritate & dogma ab opinione distinguere, ut sensus, in quo propositiones fuerunt damnatæ, clare explicetur: proin contentioni locus haud ultra supersit, postquam præcipui Pastores sensum, quem damnarunt, necnon omnes veritates Catholicas, omnesque opiniones probatas nulla censura perstrictas indicant, simulque omnes difficultates, quibus contentio & schisma in Ecclesia foveri posset, longe removent. Hæ explicationes a tot Episcopis fuerunt confectæ, ut pro fidei, quam Ecclesia Gallicana tenet, authentico valeant testimonio, quo non modo Ecclesie hostibus, sed & Catholicis Constitutionem per contrarias interpretationes im-

Hh 4

pugnan-

Sæc. XVIII. pugnantibus ora obstruuntur, quin
 A. C. 1720. vatas suas opiniones tam Appellantes
 quam Acceptantes in fidei dogmata
 vehere ultra ausuri sint.

„Speramus igitur, concludebat No-
 „lius, cunctis fore persuasum, quod no-
 „strum iudicium celeberrimis Ecclesie
 „Gallicanæ Luminaribus conformemus
 „& quod summus Pontifex doctrinam
 „in nostris explicationibus contentam
 „utpote ipsius Ecclesie Romanæ tradi-
 „tioni conformem sit approbaturus. Ha-
 „ergo ea mente factas haud hæsitantes
 „recipite, easque tanquam opus Ec-
 „clesiæ Gallicanæ, quæ non minus sue
 „doctrinæ puritate, quam inviolata est
 „S. Sedem submissione semper celebra-
 „fuit, revereamini.”

§. XIV.

Explicationes in Bullam Unigenitum

Articulus I.

De differentia utriusque fœderis.

Totius Doctrinæ Christianæ veluti
 fundamentum est, quod post lapsum
 Adæ nec justificari, nec aliter salutem
 consequi possimus, quam per fidem in Re-
 demptorem, juxta D. Paulum 1. Tim.
 c. 2. v. 5. & act. c. 4. v. 11. & 12. Hæc
 veritas extenditur ad omne tempus
 ante

ante legem, & in lege; nam ut ait D. Sæc. XVIII.
 Augustinus Ep. 102. *ab exordio generis* A. C. 1720.
*humani quicumque in eum crediderunt, eum-
 que utcumque intellexerunt & secundum ejus
 præcepta pie & juste vixerunt, quandolibet,
 & ubilibet fuerint, per eum proculdubio
 salvi facti sunt; sicut enim nos in eum cre-
 dimus, & apud Patrem manentem, & qui
 in carne jam venerit, sic credebant in eum
 antiqui & apud Patrem manentem, & in
 carne venturum, S. Leo serm. 29. in Nat.
 Dom. c. 7. Omnes sancti, qui Salvatoris
 nostri tempore præcesserunt, per hanc fidem
 justificati, & per hoc Sacramentum Christi
 sunt Corpus effecti, expectantes universalem
 credentium redemptionem in semine Abrahamæ.
 Hæc communis est vox & doctrina tra-
 ditionis universalis (*). Error carna-
 lium Judæorum justitiam sine fide &
 gratia Redemptoris legi attribuentium
 jam ab exordio Christiani Orbis adeo
 perniciosus videbatur, ut D. Paulus in
 H h 5 Epp.*

(*) Idem serm. 63. & 67. in Pass. cap. 11.
 S. Iren. l. 3. advers. hæres. c. 18. n. 7. c. 22.
 n. 2. Orig. homil. 21. in Joan. S. Ambros. l. 3.
 in cap. 21. Lucæ. S. Greg. Naz. orat. 22. in
 laudem Macchab. S. Cyril. Alex. l. 2. de Ado-
 rat. tom. 1. p. 79. Theodoret. ep. ad Gall. c. 3.
 v. 16. S. Greg. M. l. 2. Hom. 15. in Ezech.
 Hom 17. S. Bern. de Bapt. c. 3. n. 15. S. Th.
 1. 2. q. 98. art. 2. & q. 106. art. 1. ad 3.

Sæc. XVII Epp. ad Rom. Galat. & Hebræ. in
 A. C. 1720 refutando totus esset: atque ideo
 viffime Clerus Gallicanus Anno 1720
 (*) propositiones, quibus fides ad
 justificationem necessaria ad solam fidem
 in Deum ex creatoris cognitum religio-
 gitur, tanquam hæreticas, & Re-
 ptori injurias damnavit.

Fides ergo in Mediatorem pro-
 sonarum & temporum varietate potest
 esse quandoque minus, quandoque magis
 distincta & clara, hæc tamen in
 in Dei revelatione & non in natura
 Providentiæ cognitione fundata semper
 fuit necessaria ad salutem. Eo ex
 damento Ecclesiæ Patres religiosi
 semper esse eandem docuerunt: nec
 ait S. Augustinus (**) *pro temporum*
rietate nunc factum annuntiatur, quod
futurum pronuntiabatur, ideo fides
variata, vel salus ipsa diversa est.
proinde aliis tunc omnibus & signis,
autem nunc, & prius occultius, postea
nifestius, & prius a paucioribus, postea
pluribus, una tamen eademque religio
significatur & observatur. Hæc
semper exstitit pura in suo cultu &
ctrina, illa semper veros veri Dei

(*) Cens. & Decl. Cleri Gall. Prop. 13
 & 15.

(**) Epist. 102. q. 2. n. 12.

ratores effecit (*). *Sicut enim, inquit Sæc. XVIII.*
idem S. Aug. *nos in eum credimus . . . A. C. 1720.*

Et qui in carne jam venerit, sic Et credebant in eum antiqui . . . , Et in carne venturum. Ea etiam de caussa quidam S. Patres justos, qui ante & post Moysen vixerunt, Christianos appellarunt (**).

Finis præcipuus Veteris Testamenti est, ut præparet homines ad Christi adventum, & in hac præparatione vera legis excellentia & principalis utilitas consistebat, primumque, & ceteris sanctius munus Prophetarum erat annuntiare Christum Dominum; ad eum præfigurandum institutæ erant augustissimæ cultus Judaici cæremoniæ, in maximis, quæ Deus tum operabatur, prodigiis & in maxime stupendis eventibus erat præsignatus: ipse populus Judaicus juxta D. Aug. (***) *magnus quidam Propheta fuit, qui Christum Dominum per suam legem, cultum, & totam Historiæ seriem præfiguravit, ac prædixit.*

Ex his Judaicæ legis prærogativis cognoscimus, quod quamvis juxta
D. Pau-

(*) Ibid.

(**) Euseb. l. i. Hist. Eccl. c. 4.

(***) Contra Faust. l. 13. c. 15. & c. 4.

Sæc. XVIII. A. C. 1720. D. Paulum (a) omnia sint sub peccato
 nihilominus Judæi conditio infinitè
 melior fuerit statu Gentilium, & quæ
 utilitas legis, quam Apostolus in
 Epistolis ad Rom. & Galatas explicat
 (b) omni ex capite magna fuerit: *magis*
 ergo dicamus, quid profuit Judæis
 præparari per legem? *Profuit*,
 S. Aug. (c) quantum dici potest. Hoc
 inter omnes gentes electo populo S. Scri-
 pturæ oracula singulariter fuerunt con-
 creta, in eorum libris, traditionibus
 & cæremoniis foedus, cultus ab ipso
 Deo institutus, & promissiones, & fi-
 des in Mediatorem fuerunt conservatae
 ex hoc populo Christus secundum car-
 nem nasci debuit (d).

Pro certo habent S. Patres & S. Scripturis probatur, quod inter alia
 nationes fuerint quædam specialiter
 Deo honoratæ eique acceptæ, quibus
 Christi Mysterium fuit revelatum: quibus
 tamen Patres asserunt, a Moyse
 usque ad Christum non fuisse aliam Re-
 velationem

(a) Gal. c. 3. v. 22.

(b) ad Rom. 3. v. 1. & 2. *Quid ergo
 plus Judæo est, aut quæ utilitas circumcisi-
 onis? Multum per omnem modum. Ad Gal. 3. v. 2
 & seqq.*

(c) Expos. ep. ad Gal. cap. 3. n. 26.

(d) ad Rom. c. 9. v. 4. & 5.

tionem, & populum Dei, cui veræ fi- Sæc. XVIII.
 dei, veri cultus, & Divinorum præcepto- A. C. 1720.
 rum depositum fuit concreditum (e) sin-
 gulare Judaici populi privilegium erat
 quod Deus fuerit notus in *Judæa* (f) in
Israel magnum nomen ejus, & qui in præ-
 teritis generationibus dimisit omnes gentes
 ingredi vias suas *Jacob* elegit sibi, *Israel*
 possessionem sibi juxta Apostolum (g) vi-
 vebant Gentiles alienigenæ, sine spe
 promissionis, & sine Deo in hoc mundo
 in tenebris; & potestate *Sathane*, populus
 Judaicus uti *Moyfes* (h) sæpe repetit in
 Deuteronomio, erat solus populus, quem
 elegit Dominus Deus, ut sit ei populus pe-
 culiaris de cunctis populis, qui sunt super
 terram.

Huic soli nationi dictum: *Ero Deus*
vester, vosque eritis populus meus. Hanc
 primi foederis prærogativam, & diffe-
 rentiam inter Judæos & Gentiles disci-
 mus ex S. Scriptura, quæ etiam nobis
 fat luculenter demonstrat, discrimen
 inter

(e) S. Aug. l. 18. de Civit. Dei c. 47. epist.
 102. q. 2. n. 15.

(f) Psal. 75. v. 2. act. 14. v. 15. Pf. 134.
 v. 4. Act. 26. v. 18.

(g) ad Ephes. c. 5. v. 8. c. 2. v. 12.

(h) Dent. c. 4. v. 20. c. 7. v. 6. c. 28. v. 9.
 cap. 29. v. 13. c. 32. v. 9. 1. Paral. c. 17. v. 21.
 Levit. c. 26. v. 12.

Sæc. XVIII. inter Vetus & novum Testamentum, A. C. 1720. & quantum Christiani conditio Judæi sit superior: Ad stabiliendam hanc veritatem doctrinæ Apostolicæ adeo consonam, sufficit considerare diversum utriusque Testamenti spiritum, media ad posse operari, & ad actu operandum bonum, remedia delendi peccata, & premia ibidem promissa. *Timor & amor* ait S. Augustinus (i) *est brevissima & apertissima differentia duorum Testamentorum.* Vetus scriptum in tabulis lapideis per Agar, seu timoris symbolum, figuratum progignit ancillas. Novum per Saram figuratum, & per charitatem formatum generat Filios Dei (k).

Nec minus Novi Testamenti excellentia super Vetus elucet ex utriusque fœderis mediis, seu ex sterilitate unius, & virtute ac fœcunditate alterius: ut juxta S. Joan. (l) *per Moysen data gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Lex vetus quidem *sancta & mandatum sanctum & justum, & bonum* (m), & Dei consiliis conveniens, ex se tamen non subministravit gratiam adimplendi id, quod præceperat: *lex juxta*

S. Aug.

(i) L. contra Adiamant c. 17.

(k) ad Gal. c. 4. v. 22, ad Tim. c. I. v. 7.

(l) c. I. v. 17.

(m) ad Rom. c. 7. v. 12.

S. Aug. (a) *minabatur, non opitulabatur, Sæc. XVIII.*
jubebat, non sanabat: lanquorem ostende- A. C. 1720.
bat, non auferebat.

Quamvis ergo falsum sit, quod Ju- *Adversus*
 dæi, qui tempore legis vivebant, *in Prop. VI.*
 sua impotentia fuerint, verum tamen est,
 quod lex ex seipsa fuerit impotens.
 Vetus lex per abusum, quem de ea
 fecerant Judæi, ansa fuit, ut abunda-
 ret peccatum, occasio, non principium
 erat, hinc de ea dicitur: *litera occidit,*
hinc vocatur, ministratio mortis literis
deformata, ministratio damnationis, virtus
peccati lex, quæ operatur iram, jugum,
quod neque Nos, neque Patres nostri por-
tare potuimus, reprobatio præcedentis man-
dati propter infirmitatem ejus & inutilita-
tem, ut melioris Testamenti sponsor factus sit
Jesus, introductio melioris spei, & me-
lioris Testamenti Mediator (b). Hæc
 est doctrina constans S. Scripturæ, Pa-
 trum & Theologorum, & Conc. Trid.
 ait: *Judæi per ipsam etiam literam legis*
Moyſis a prævaricatione Adæ liberari
aut surgere potuerunt (c).

Econ-

(a) Tract. 3. in Joan. n. 14.

(b) 2. Cor. c. 3. v. 6. 7. 9. 1. Cor. csp. 15.
 v. 56. ad Rom. c. 4. v. 5. Act. c. 15. v. 10.
 ad Hebr. 7. v. 18. 19. 22. c. 8. v. 6.

(c) Sess. 6. c. 1. ad Hebr. c. 9. v. 11. c. 10.
 vers. 14.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720

Econtrario lex nova per Prophetas
annuntiata & promissa est scripta in
animabus, & cordibus, dat spiritum
qui vivificat, dat ex se gratiam ad adim-
plendum, quod jubet. Antiquæ legis
remedia, victimæ oblatæ, sanguis ran-
corum & hircorum ex seipsis ad dele-
dum peccatum non erant sufficientes.
*Christus vero assistens Pontifex futurorum
bonorum per amplius & perfectius taber-
naculum . . . una oblatione consummatur
in sempiternum sanctificatos (d).* Sacra-
cium Crucis, fons omnis gratiæ, pec-
catores justificat, eosque Deo recon-
ciliat: *Sacramenta novi Testamenti dat
salutem, Sacramenta V. T. promittunt
Salvatorem (e).* Promissiones Judæis
factæ vi primi fæderis non nisi terrenam
felicitatem respiciebant, in N. T. Jesus
Christus Pontifex futurorum bonorum
promittit apertissime felicitatem æ-
ternam.

Ex luculentis his veritatibus infer-
endum non est, quod Judæis fuerit im-
possibile tempore antiquæ legis justifi-
cari, & quod tum homines a Spiritu
sancto non fuerint adjuti, vel quod in
veteri lege non nisi mancipia fuerint, quæ

(d) S. Aug. in Psal. 73. n. 2. Eug. IV. In
Arma. Trid. Sess. 7. Can. 2. & 6.

(e) S. Aug. l. de gest. Pelag. c. 5. de

quod saltem tempore legis veteris non-
nisi *imperfecti* iusti fuerint (f). Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Quamvis enim lex Mosaica ex se-
ipsa non justificaverit, tunc tamen veri
erant iusti, & illi, in quibus deletum
erat peccatum originale, erant iustifi-
cati. Erant Judæi spirituales, qui in
expectatione Redemptoris vivebant,
iustificati per fidem in Mediatorem,
qui tempore legis, non tamen per le-
gem datus est; & hi non erant soli
Prophetæ, vel V. T. sancti Illustres ac
perfecti. Juxta S. Patres erant quidam
occulti, & minus perfecti, qui de veri-
tatibus & Christi Mysteriis profecerunt.
Moyses & Prophetæ considerati tan-
quam legis Ministri non effecerunt, nisi
servos, ast tanquam Prophetæ Christi
& Prædicatores Evangelii generarunt
veros Filios Dei (g).

*Contra
Prop. LXV.*

Igi-

(f) Idem contra duas Ep. Pel. l. 3. n. 13.
l. de pecc. orig. c. 25. S. Hier. in ep. ad Galat.
c. 2. ad hæc verba: *scientes, quod non iustifi-
catur homo, scribit: ajunt quidam . . . Patriar-
chas & Prophetas & Sanctos, qui ante Christi
adventum fuerant, imperfectos fuisse &c.*

(g) S. Leo serm. 63 in Pass. 14. c. 2. *Salus,
quæ in Christo erat ventura . . . quam non
solum qui prædicabant, adepti sunt, sed omnes
etiam, qui prædicantibus crediderunt.* S. Bern.

Hist. Eccles. Tom. LXX. li tract.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Contra

Prop. VI.

VII. et VIII.

Igitur error S. Scripturæ & Traditioni contrarius & per Bullam proscriptus est dicere, quod gratia, tam que dat posse supernaturale, quam que actu facit adimplere præceptum, non fuerit data hominibus ante Christum (excepto Moyse, Patriarchis, Prophetis, & exiguo Sanctorum numero) quod ceteros omnes Judæos, qui eo tempore vixerunt, reliquerit sine gratiæ adjutorio, & in impotentia adimplendi legem, & quod Deus tum imposuerit præcepta, quorum implementum iis, quibus imposta fuerunt, fuit impossibile, & quod iusti (h), in quibus peccatum originale vel alia peccata per fidem in Mediatorem fuerunt remissa, fuerint sine gratia, per quam

tract. de Bapt. ad Hug. c. 3. n. 11. Numerum Electorum illius temporis sub paucitate redigit rarissimorum Spiritualium, & sic abbreviat manum Dei, dum præter paucissimos perfectissimos, neminem eo tempore potuisse salvari. S. Ignat. M. Epist. ad Phil. sed & Prophetas diligamus, propterea, quod & ipsi Evangelium annuntiaverint, & in Christum speraverint, & ipsum expectaverint.

(h) Trid. Sess. 6. Can. 18. Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam justificato, & sine gratia constituto esse ad observandum impossibilia, anathema sit.

hujus legis adimpletio fuisset facta post Sæc. XVIII. A. C. 1720.
 sibilis: hinc ex Constitutionibus Alex-
 andri VII. & Innocentii X. ab Ecclesia
 receptis tenemur credere, quod præ-
 cepta Dei iis, qui volunt, & conantur ea
 juxta præsentis vires adimplere, non sint
 impossibilia, & quod gratia, quæ ea red-
 dit possibilia, non eis desit. Hæc veritas
 ad omne tempus extendi debet, ac
 unice cum S. Patribus observandum,
 quod sub priori Testamento gratia multo
 minus fuerit abundans, minusque ex-
 tensa, quam in novo (i).

§. XV.

Articulus II.

De Ecclesia.

Teste S. Augustino (k): *Ad ipsam sa- Contra
 lutem ac vitam æternam nemo perve- Propositio
 nit, nisi qui habet caput Christum, habere LXXII.
 autem caput Christum nemo poterit, nisi LXXIII.
 qui in ejus Corpore fuerit, quod est Eccle- LXXIV.
 sia. Hinc omnes fideles, qui ante & LXXV.
 post Christum natum erant Christo uniti
 li 2 per*

(i) S. Iren. l. 5. ad Hæres. c. 11. n. 5. l. 4.
 c. 36. n. 4. S. Aug. Expos. Ep. ad Gal. c. 3.
 n. 24. Ep. 5. Epif. Afric. ad Innoc. I. Ep. 177.
 n. 14. l. de Pecc. orig. c. 25. S. Thom. 1. 2.
 q. 106. art. 3. in Corp.

(k) L. de Unit. Eccl. c. 19.

Sæc. XVIII. per fidem, fuerunt membra veræ Ec-
 A. C. 1720. clesię.

Universalitas Ecclesię completitur
 Angelos & Sanctos, qui componunt
 Ecclesiam triumphantem, & fideles
 tentationibus & præsentis vitæ confli-
 ctationibus expositos in terris, quæ
 est Ecclesia militans, ac denique
 sanctorum animas in Purgatorio, seu
 Ecclesiam patientem: non autem ea
 quæ Ecclesię triumphanti duntaxat
 competunt, militanti sunt applicanda;
 perperam ergo, præcipue, dum hodie
 hæretici per quatuor sæcula Ecclesię
 visibilitatem continuo impugnant, de-
 finitur Ecclesia, quod sit cætus compre-
 hendens Prædestinatos, Sanctos & Ju-
 stos terræ & omnium sæculorum. Præ-
 cipuæ notæ sunt Ecclesię, quod sit Ca-
 tholica, perpetua, visibilis, sancta,
 una, infallibilis. Sola vero Ecclē-
 sia est Catholica, quia nulla alia se ex-
 tendit ad omne tempus, & ad unive-
 sum Orbem. Perpetuitas, ceteraque
 ejus notæ fundantur in Christi promi-
 sis, & per eam Ecclesia Catholica dis-
 tinguitur a Synagoga, omnibusque
 sectis Christianam Rempubliam scitu-
 dentibus. Impium ergo est dicere
 cum Protestantibus, quod Ecclesia
 everti, destrui, in ruinam & desolatio-
 nem redigi queat: *Existunt, inquit*
 S. Aug.

S. Aug. (l) qui dicant illa Eccle- Sæc. XVIII.
 sia, quæ fuit omnium gentium jam non est, A. C. 1720.
 periit O impudentem vocem

hanc vocem abominabilem, detestabilem &c.
 Hunc vero errorem, perinde ac si Ec-
 clesia utpote antiquata & senescens,
 prope ad interitum sit, impugnaturus
 S. Augustinus ait (m): *Senectus ipsius*
id est, novissima ipsius in lætitia erunt. Et
intendat Charitas vestra, quia dixit senectu-
tem, ne putetis & mortem; homo enim
carne ideo senescit ut moriatur. Senecta
Ecclesie candida erit recte factis, morte
autem non corrumpetur . . . Senecta ista
juvenilis est, senecta ista viridis est, sem-
per virebit.

Tertia Ecclesie nota est visibilitas.
 De fide est, Ecclesiam esse societatem
 visibilem, in qua Electi & reprobi, justi
 & peccatores, boni & mali, perfecti
 & imperfecti per publicam ejusdem fi-
 dei professionem, externam eorumdem
 Sacramentorum participationem, de-
 pendentiam a Pastoribus legitimis, quo-
 rum caput visibile est Pontifex, simul
 uniti & permixti sunt. De fide est, *Contra*
 quod peccatum mortale peccatores ab *Poop. XCV.*
 Ecclesia non separet, quamdiu habitum
 fidei conservant, & quod tanquam fi-
 li 3 deles

(l) In Psal. 91. n. 11.

(m) Trid. Sess. 14. c. 2. Sess. 6. de Justif.
 cap. 7.

Sæc. XVIII. deles Christum licet imperfecto modo
A. C. 1720. pro suo Capite habeant, & ad exem-
 plum Filii Prodigii Deum vocare pos-
 sint Patrem suum, & quod peccatum
 mortale malos Pastores non privet suo
 caractere, auctoritate, & sua mun-
 dè valide exercendi jure, & quod omnes
 baptizati *lavacro Baptismi membra Ec-*
clesiæ effecti sint (n), & quamdiu vel
 ea non separantur, vel sese non separant,
 semper illius pars sint: ast dummodo
 hæc dogmata & præcipue visibilitas
 Ecclesiæ firmiter credatur, dici possent,
 cum S. August. & quibusdam Patri-
 bus ac Theologis, quod impii sint
 vere de Ecclesia, illiusque partes
 (o): quandoque tamen illi duntaxat
 appellantur vera Ecclesiæ membra, qui
 sunt membra viva & percharitatem am-
 mata.

Contra
Propositio
LXXVIII.

Quarta nota est Sanctitas, Ecclesia
 non modo ob suum Caput omnis Sancti-
 tatis fontem, ob cultum, doctrinam &
 Sacramenta est Sancta, sed etiam ob
 justos, quos complectitur. Ecclesia
 necessario constare debet justis, non
 enim

(n) S. Aug. l. 2. contra Cresc. c. 21. l. 4. de
 Bapt. c. 3. Bellarm. l. 3. de Eccl. milit. c. 9.
 Melch. Canus de loc. Theol. l. 4. c. 6. ad 9.
 Bossuet Hist. Variat. l. 15. n. 2.

(o) Bossuet Expof. fid. n. 21.

enim esset Corpus Christi, si non haberet ^{Sæc. XVIII.}
 membra viva, non esset unita suo cor- ^{A. C. 1720.}
 pori, si non esset animata suo Spiritu,
 & si charitas in omnibus ejus membris
 esset extincta.

Nota quinta est Unitas, una tan- ^{Contra}
 tum datur Ecclesia, ab ea excluduntur ^{Propositio:}
 infideles, Judæi, hæretici, schisma- ^{LXXXVII.}
 tici & excommunicati: unitatem dis-
 solvendi nulla dari potest causa justa,
 bona opera imo & martyrium extra
 Ecclesiam toleratum nihil conferunt
 ad salutem. Extra hanc societatem
 nec vita, nec justitia, nec salus spe-
 rari potest. Deus tamen non denegat
 gratias iis, qui nondum sunt in Eccle-
 sia, nam infideles & hæretici veritatem
 non amplectuntur, nec in sinum Ec-
 clesiæ revertuntur, nisi per prævenien-
 tem Dei gratiam.

Episcopatus est unus, & hic de jure
 Divino. Filius Dei quia suam Ecclesiam
 esse voluit unam, & solide in unitate fun-
 datam, hinc Primatum S. Petri ad con-
 servandam & perficiendam hanc uni-
 tatem stabilivit, atque instituit: ac pro-
 pterea eundem hunc Primatum agno-
 scimus in D. Petri Successoribus, cui ^{Contra}
 etiam propterea eam submissionem & ^{Prop. LXXI}
 obedientiam debemus, quam S. Con-
 cilia & Patres semper cunctos fideles
 edocuerunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720

Denique Ecclesia quæ semper subsistit, & semper est visibilis, una & sancta, privilegium accepit, ne in sua doctrina errare possit, accepit plenam fidem & mores fidelium dirigendi auctoritatem, leges per seipsam faciendi potestatem, & privati, sicut nullo casu possunt sese eximere a lege naturali, neque dem ob utilitatem humanam, sic nec possunt se eximere ab observantia legum positivarum ad eorum utilitatem conditarum, nisi in casu necessitatis, quando sunt intra Ecclesiam, & ubi agitur de ejusmodi præceptis, in quibus Ecclesia dispensare valet.

Hæc sunt vera principia de Ecclesia, & hi sunt ex opposito errores a Papa per Bullam *Unigenitus* damnati.

§. XVI.

Articulus III.

De Voluntate Dei, gratia & libero arbitrio.

Singulari studio & affectu summi Pontifices * semper erga S. Augustini doctrinam

(*) Vid. S. Cælest. Ep. ad Episc. Gall. c. 2. Hormisd. epist. 70. ad Possess. Ep. Baron. ad Petr. de Villar. Arch. Vien. die 13. Martii 1603. Alex VII. ad Univ. Lovan. 7. Aug. 1660. Innoc. XII. ad eandem 6. Febr. 1694.

Erinam circa Prædestinationem & gratiam ferebantur: ipse etiam Clemens XI. in damnatione Libelli Launoyo adscripti: *Vera traditio Ecclesie* &c. die 28. Jan. 1704. ait: *Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui ejus S. Doctoris præcelsam doctrinam semper in pretio habuerunt, & toto mentis affectu amplexi fuerunt, laudabiliter vestigiis firmiter inherere volentes &c.* Eadem quoque veneratio, qua SS. Hieronymus, Prosper, Confessores in Sardiniam relegati, Concilia, & Ecclesia Gallicana hunc Doctorem prosequerentur, non levem quoque auctoritatem inter Theologos conciliavit D. Thomæ fidelissimo S. Augustini Interpreti.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Jam vero S. Scriptura (p) & Traditio (q) docent, quod Deus velit omnes homines salvos fieri, ut perveniant ad cognitionem veritatis: sæpe etiam S. Spiritus declarat, quod Christus sit

Contra
Propositio:
XXXII.
XXIII.
XIX. & XX.

l i 5 mor-

(p) 2. ad Cor. c. 5. v. 14. 1. ad Tim. c. 2. v. 6. 1. Joan, c. 2. v. 2. ad Rom. c. 8. v. 32.

(q) Orig. contra Cels. l. 4. p. 179. Hier. c. 63. Isa. S. Aug. l. de Spirit. & lit. cap. 33. Tract. in Joan. n. 12. Auctor de voc. gent. l. 2. c. 7. & 2. S. Leo serm. 20. c. 7. S. Thom. 1. p. q. 19. a. 6. ad 1.

Sæc. XVIII mortuus pro omnibus, & Tridentinum
 A. C. 1720. (r) docet, quod *Christus sit mortuus pro*
omnibus, etsi non omnes recipiant fructum
mortis suæ, Hæc verba Apostoli (s)
Qui est Salvator omnium hominum maximè
fidelium, denotant, quod specialius velit
æternam salutem & redemptionem
fidelium, eisque, ut salvari possint, magis
immediata media, & abundantiora
auxilia donet (t): Admittenda est volun-
tas salvandi omnes homines justificatos tan-
quam veritas expresse definita ab Ecclesia
Catholica. Dicendum quoque, quod
Christus omnium hominum Salvator,
talis sit specialiter omnium fidelium,
unde merito Propositio V. Jansenii est
damnata tanquam hæretica &c. inter-
lecta in hoc sensu, ut Christus pro salute
taxat Prædestinatorum mortuus sit: con-
tinis (u) ergo fidelis firma fide credere
netur, quod Deus ipsum velit salvare, &
quod Christus Jesus pro ejus salute totum
suum sanguinem fuderit, proin quod
donaverit gratias, ut salvari possit, ne-
cessarias. Legimus in Scriptura & tra-
ditione, quod Deus voluntate specie-

(r) Trid. Sess. 36. c. 3. *Etsi ille pro omni-*
bus sit mortuus, non omnes tamen mortis ejus
beneficium recipiunt.

(s) 1. ad Tim. c. 4. v. 19.

(t) Bossuet.

(u) Idem.

lissima, & absoluta velit salutem Electo-
rum. & quod juxta hanc voluntatem
Christus formaverit illam, quam toties
in eorum favorem ostendit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Proprius absolutæ voluntatis Divi-
næ character est, ut infallibiliter adim-
pleatur, & quod homo (x) *eidem re-*
sislere non possit, de fide tamen est, quod
homo semper fortissimæ gratiæ, quæ est
præcipuus hujus voluntatis effectus,
resistere queat, *ita, ut tangente (y) Deo*
cor hominis per Spiritus sancti illuminatio-
nem, neque homo ipse nihil omnino agat,
inspirationem illam recipiens, quippe qui
illam abjicere potest & Can. 5. si quis di-
xerit, liberum &c.

Quamvis incomprehensibilis videatur
conciliatio infallibilitatis decreto-
rum Dei & efficacis gratiæ potentia
cum libertatis dogmate, Theologi ta-
men, & S. Thomas (z) post S. Augu-
stinum

(x) 2. Paralip. cap. 20. v. 6. ad Rom. c. 9.
v. 19. Esther 13. v. 9. *Et non est, qui possit*
tux resistere voluntati. Psal. 113. v. 3. Joan. 10.
v. 28. & 29. S. Aug. Enchir. ad Laur. c. 95.
& 96. lib. de Corrept. & grat. c. 14.

(y) Trid. Sess. 6. c. 5.

(z) 1. 2. q. 10. art. 4. & 1. q. 19. art. 6.
ad 2. & in corp.

Sæc. XVIII. stinum (a) docent, quod omnipotens
 A. C. 1720. Deus sciat exercere jura supremæ
 potentiae, in nobis operando velle
 operari, & quod conservet simul
 nostram libertatem, quia dirigit
 prout vult, sibi subjicit liberum
 arbitrium, quin illud destruat, conducit
 quorsum vult, quin ei vim inferat
 necessitet, & determinet libera agentium
 dum vult, ut agant juxta eorum
 naturam, id est, libere.

Contra
 Prop. XII.
 XIII XXX.
 XXXI.
 XXXV.
 Pariter ex S. Scriptura discimus
 quod nos sæpe nostra culpa inutile res-
 sistimus id quod Deus ad nostram salutem
 vult voluntate non absoluta, & quod
 sæpe Spiritui sancto resistamus (b)
 quod Deus non velit mortem peccatoris,
 ut convertatur & vivat, & quod voluntas
 Dei sit, ut sancti simus.

Erroneum igitur est, cuilibet
 voluntati, cuilibet Christi desiderio
 scribere certum effectum & infallibilem
 adimpletionem; id enim duntaxat
 venit absolutæ voluntati Dei, & abso-
 lutis ac efficacibus Christi desideriis.

(a) 1. de Spirit. & lit. c. 33. n. 58. Vult
 tem Deus omnes homines salvos fieri . . .
 sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium
 quo vel bene vel male utentes justissime puniantur.

(b) Ezech. c. 24. v. 13. Matth. 23. v. 35.
 ad Cor. c. 6. v. 1. Act. c. 7. v. 51. I. Pet.
 cap. 4. v. 3.

Circa gratiam principaliter profiteri Sæc. XVIII.
 tenemur, quod eam nisi per Christum A. C. 1720.
 obtinere non valeamus, ejus credere
 debemus necessitatem, & de gratiæ
 efficaci vi & potentia justas ideas con-
 cipere: credere, quod dentur gratiæ
 internæ, quibus resistitur non modo
 resistantia improprie dicta, *qua duntaxat*
gratia impugnatur, sed resistantia, quæ gra-
tiam effectum, quem ea voluit, per volun-
tarium & liberrimum voluntatis depravatæ
defectum privat. credere etiam debemus,
 quod gratiæ potentissimæ & efficacissi-
 mæ operatio concordet cum libertate
 & potentia agendi vel non agendi, ne-
 cessaria ad merendum & demerendum
 in statu præsentis, & quod gratia adeo
 non destruat nostra merita, ut potius
 illorum sit principium & origo.

Adamo (c) ante suum peccatum ad Contra
 perseverandum in justitia originali ne- Propositio
 cessarium erat auxilium gratiæ super- XXXIV.
 naturalis, quæ sine errore confundi
 nequit cum donis naturalibus, vel na-
 turæ inseparabiliter annexis. Merita,
 quæ homo innocens cum adjutorio hu-
 jus gratiæ acquirere poterat, erant vere
 supernaturalia, & quamvis S. Augusti-
 nus ea appellet merita humana in sen-
 su

(c) Bossuet.

Sæc. XVIII. su admodum orthodoxo (d) nunquam
 A. C. 1720. tamen dixit, quod non fuerint nisi me-
rita humana.

Contra
 Propositio
 XXXVI.
 XXXVII.

Juxta Patres & Theologos Adam in
 statu innocentiae non eguit Mediatore ad
 orandum, nec ad obtinendam gratiam
 de fide autem est, quod homo post lap-
 sum nec ad Deum accedere, nec quicquam
 quam obtinere potest, nisi per Christum
 In eo electi & reconciliati sumus cum
 Deo, in Christo & per Christum se-
 mus sanctificati (e) omnes cum Christo
 efficimus nil nisi unum corpus, cujus
 ipse est caput, & nos membra (f) &
 quatenus sumus membra Divini hujus
 Capitis, recipimus Spiritum, quo vivimus
 in justitia & sanctitate: In ipso
 per ipsum sumus justii justitia Dei, non
 per nudam imputationem justitiae Chri-
 sti, perinde ac si justitiam non habere-
 mus nisi in ejus persona, & non in no-
 bismetipsis, sed quia virtute meritorum
 Christi nostra peccata sunt vere deleta,
 & sumus justii per internam communi-
 cationem gratiae sanctificantis & chari-
 tatis diffusae in cordibus nostris, in

(d) S. Aug. l. de corr. c. II. v. 29. Enchiridion
 c. 106. Conc. Araus. 2. c. 19.

(e) Rom. c. 5. v. 1. Ephes. cap. 1. & 2.
 Choff. 1. & 2.

(f) Eph. c. 4. v. 15.

quo consistit iustitia inhærens (g), quæ unicuique iusto propria est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

De Fide est, quod gratia Christi pro omnibus Christianæ pietatis actionibus necessaria sit, & quod sine illa nihil utile ad salutem facere valeamus (h).

Erroris redargui nequeunt illi Theologi (i), qui docent, gratiam sufficientem non fuisse datam obstinatis & excæcatis, & qui non credunt, omnibus infidelibus esse datam: temerarium quoque esset, dicere, quod obcæcati & indurati non peccent, nec eis peccata eorum imputentur: impium foret, Deo causam peccati imputare, decisum enim est (k), quod Deus sua gratia semel iustificatos non deserat, nisi ab eis prius deseratur: injuriosum Divinæ Bonitati esset dicere, quod gratiæ exteriores non inserviant, nisi ad eos magis indurandum, perinde ac si obduratio hisce gratiis attribui posset.

Contra
Prop. V.

Gra-

(g) Trid. Sess. 6. de Justif. c. 7. & Can. II.

(h) Joan. 15. v. 5. Jacob. 1. v. 17. 2. Cor. 3. v. 5. 1. Cor. 4. 7. S. Justin. Iren. Basil. Naz. Chrysof. Cypr. &c.

(i) Mdsioulié Tom. 1. Diff. I. de Div. Mot. 9. 8. art. 9.

(k) Trid. Sess. 6. de Just. cap. II.

Sæc. XVIII. Gratis esse datum, est principia
 A. C. 1720. character gratiæ: gratia (l) non
gratia esset, si esset ex operibus, & Eccle-
 sia obstrinxit Pelagium, ut anathema-
 tizaret illos, qui dicerent, gratiam esse
 datam secundum nostra merita (m).

Gratiæ interiores & actuales dividuntur in gratias fortes & victrices & efficaces, & in gratias inefficaces & insufficientes. De fide est (n) dari efficaces, quibus tanquam mediis Deus utitur, ut nos faciat facere bonum, & ut infallibiliter exequatur suam voluntatem circa sanctificationem & salutem nostram. S. Scripturæ, & Traditioni consonum est, quod sine gratiæ efficaci concursu nulla pietatis Christianæ actio fiat, proin quod gratia efficax ad omnes actiones pias sit necessaria. S. Thomas & Theologi docent, hanc gratiam esse ex se efficacem. Certum quoque est quod auctoritas SS. Aug, & Thomæ aliis præferri mereatur, nam S. Augustinus est in materia gratiæ & Prædestinationis Doctor Ecclesiæ, & ad ejus doctrinæ intelligentiam fidelis Dux & Interpres est S. Thomas, II. quod Scholasticæ opiniones ab Ecclesia permiffæ dam-

(l) Rom. c. II. v. 6.

(m) Conc. Diospolit. ann. 415.

(n) Bellarm, L. I. de grat. & lib. arb. c. 11.

mandæ non sint, nec diversarum Scholarum Theologi sese mutuo erroris accusare queant. *Desinat ergo (o) Ecclesiarum quietem inquietudo turbare.*

S. Scriptura & Patres, ut nostram prædestinationem, & gratiam nobis esse gratis datam, ejusque vim & potestatem nobis explicent, utuntur comparatione creationis & prædestinationis, mortis, resurrectionis Christi, & miraculorum sanationum, quas operatus est (p) sed pessime abuteremur his comparationibus, si ex illis vellemus inferre hæreses voluntatis mere passivæ & gratiæ necessitantis, cui homo non magis quam unioni hypostaticæ cum Verbo resistere posset, quam entia in suo nihilo poterant resistere voci omnipotenti Creatoris, aut mortui mandato resuscitantis, aut si quis innovare vellet errores a Conciliis Viennensi (q) &

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Contra
Prop. XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.

(o) Cælest. ad Ep. Gall. c. 1.

(p) Psal. 50. v. 12. Ephes. 2. v. 10. c. 4. v. 24. c. 2. v. 19. & 20. S. Chrysof. hom. 4. in cap. 2. ad Ephes. S. Aug. Ench. c. 31. in Psal. 18. conc. 2. n. 3. de Grat. & lib. arbit. c. 8. n. 20. de dono Perf. c. 24. de Prædest. Sanct. c. 15.

(q) Damnat. error, Beguin.

Sæc. XVIII. & Tridentino (r) proscriptis, docenda
A. C. 1720. quod concupiscentia sit extincta in
 qui regenerati sunt in Christo per Baptis-
 mum, aut exigendo a Baptizatis
 ejusmodi dispositiones, quæ duntaxat
 conveniunt perfectis. Quamvis diffi-
 culter conciliari possit necessitas, & opo-
 rationes gratiæ cum libero arbitrio, seu
 per tamen sequenda est Regula S. Aug.
 dicentis (s): *nec sic defendamus gratiam
 ut liberum arbitrium auferre videamur, ne-
 quis, ne liberum sic asseramus arbitrium,
 superba impietate ingrati Dei gratia ju-
 cemur.*

Fateamur ergo cum Tridentino
 aliisque Conciliis & Pontificibus
 I. per peccatum Adæ hominem
 cundum corpus & animam fuisse cor-
 ruptum, attenuatas & inclinatas
 res liberi arbitrii, non tamen libera
 arbitrium fuisse amissum aut extinctum
 proin nos adhuc juxta S. Aug. (t)

Contra
Prop. XXV.
XLIII.
XXXIII.
XL. XLI.
XXXIX.
X. XIV.

(r) Sess. V. decret. de Pecc. origin.

(s) l. 2. de Pecc. merit. & remiss. cap. 18.

(t) Sess. 5. de Pecc. orig. Sess. 6. de Just. c. 1.
 & Can. 5.

(u) Conc. Araus. 2. can. 13. seq. Præf. S.
 dis Ap. Ep. auct. de Grat. c. 12. ad calcem
 Epist. 1. S. Cælest. ad Ep. Gall. c. 1. & 2.

(x) S. Aug. l. de Corr. & gr. c. 2. l. 1. cor-
 tra duas Ep. Pelag. c. 2. & 3. l. 2. c. 5. l. 1.
 grat. & lib. arb. c. 2. & 4.

habere libertatem operandi bonum & malum, nec dicendum, quod omnia infidelium opera sint peccata, nec quod liberum arbitrium sine gratia non habeat libertatem nisi ad peccandum, nec lumen habeat, nisi ad errandum. II. Quod homo cooperetur gratiæ, & non sit ens mere inanimatum & mere passivum, sed agat consentiendo libere actioni Dei vocantis atque excitantis (y) III. Quod hominis cooperatio gratiæ adeo sit libera, ut semper potentissimæ gratiæ resistere possit, eam rejicere, eique suum denegare consensum (z) quia in ejus potestate est agere vel non agere, etiam tum, quando gratia eum excitat, & ad agendum determinat; sub ipsa enim gratiæ activitate in præsentī vita semper conservat hanc indifferentiam activam, hanc exemptionem non modo a coactione, sed & a necessitate, quæ exemptio ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ est necessaria, hinc Ecclesia & Trid. definit (a). *Contra Prop. XI. XVI.*

Kk 2

Hæc

(y) Bulla Pii V. contra Bajum.

(z) Trid. Sess. 6. de Just. c. 5.

(a) Ibidem.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Hæc indifferentia activa, & potestas potentissimæ gratiæ vel vehementissimis tentationibus resistendi, non confundi debet cum systemate, quod supponit in voluntate vires semper æquales ad operandum bonum & malum, quod est contrarium doctrinæ Ecclesiæ circa vires liberi arbitrii per peccatum attenuati & inclinati: ex hoc enim systemate inferri posset, quod Deus cogeretur augere suas gratias, quomogis homo sese illarum indignum redderet per sua peccata.

Ut ergo præveniatur, ne quis doctrina verbisque S. Augustini abutatur, observandum, perperam attribui gratiæ Christi in genere, quod duntaxat convenit gratiæ speciali, quæ dat velle & operari.

Quando ergo non de gratia Christi in genere, sed duntaxat de gratia vultu dicitur, dicitur, dici potest, quod vox Patris instruens homines sua vocatione, & quæ homines facit venire ad Christum, hinc salva fide Catholica, & quin in Deum hominis perversitas refundatur, concludi potest juxta Christi Verbum, quod omnes, qui audierunt vocem Patris, & ab eo didicerunt, veniant ad eum (b) & quod ille, qui non venit ad Christum, non didicerit a Patre.

(b) Sess. 6, cap. 4. & Joan. c. 6. v. 45.

tre, seu, quod quantamcumque gratiam Sæc. XVIII.
 habuerit, hanc gratiam potentem, quæ A. C. 1720.
 juxta D. Aug. (c) *nullo duro corde respui-*
tur, non recepit, quia ejus effectus
est cordis duritiem auferre, vel sanare.

Erroneum est, docere, quod gratia Contra
 fortis & potens, quæ nos facit obedire Prop. XVII.
 legi, sit sola gratia interior & actualis XVIII.
 Christi, & quod non detur alia, quæ XIX. XX.
 sit fructus novi fœderis, & quam nos
 per merita mortis Christi recipimus,
 & quod non detur gratia interna, quæ
 superat omnes alias delectationes, &
 ad Deum venire faciat: negarentur e-
 nim illæ gratiæ internæ, quæ suum ef-
 fectum, ad quem dantur, non conse-
 quuntur, & quibuscum non omne id
 facimus, ad quod dant verum posse,
 alias innovaretur error II. Propositionis
 Jansenianæ. Ergo de fide est, dari gra-
 tias internas & actuales Christi in statu
 præsentis, quibus resistitur. Hæ gratiæ
 non habent effectum, pro quo dantur,
 & ad quem dant verum posse, quin ta-
 men hæc potentia sit potentia actui con-

K k 3 jun-

(c) 1. de Prædest. SS. c. 8. Hæc itaque
 gratia, quæ occulte humanis cordibus divina
 largitate tribuitur, a nullo duro corde respui-
 tur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis durities
 primitus auferatur.

Sæc. XVIII. juncta, quam S. Augustinus (d) vocat
A. C. 1720 *possibilitatem cum effectu.*

Hæ gratiæ, quæ vocantur sufficientes, dant posse supernaturale, reale, verum, & *plene sufficiens*, seu completum in suo posse, non tamen hoc posse est adeo completum, quin non adhuc indigeat ad agendum auxilio gratiæ efficaci ex seipsa.

Hominis resistentia contra gratiam nec ab impossibilitate præcepti, nec defectu potestatis in homine provenit, sed quia dum potuit velle per gratiam, noluit per suam malitiam & cordis pravitatem, unde non est excusabilis.

Contra
Prop. II.
III. IV.
VIII. IX.
LXIX.
LXVIII.

Quando in Evangelio (e) legimus *non poterant credere*, non debemus inferre, quod ipsis fuerit impossibile, aut quod in vera impotentia credendi fuerint, ideo enim, ait S. Aug. (f) *non poterant, quia volebant*: perperam hæc confunditur velle cum posse, defectu voluntatis cum impotentia, & quando S. Scriptura & Patres dicunt, quod homo non possit facere, quod non vult facere, aut faceret si vellet, id nil aliud significat, nisi quod homo, qui gratus est infidelis, non faciat id, quod posset, nec petat, quod non potest.

(d) l. de Nat. & grat. c. 42.

(e) Joan. cap. 12. v. 39.

(f) Tract. 53. in Joan. n. 6.

Anathema ergo illi, qui docet, Dei ^{Sæc. XVIII.}
 præcepta esse impossibilia iis, quibus ^{A. C. 1720.}
 gratia efficax non est data, id damna-
 vit Trid. (g) & Pontifices in 1. Propo-
 sitione Jansenii.

Omnia nostra merita taliter sunt dona
 Divinæ misericordiæ, & fructus gratiæ,
 ut *Deus dum coronat merita nostra, nil
 aliud coronet, nisi munera sua* (h). De
 fide tamen est, quod justus, dum li-
 bere cooperatur gratiæ, & gratiæ aug-
 mentum, & vitam æternam, quæ est
 honorum operum per gratiam factorum
 merces, seu *corona justitiæ* (i) prome-
 reatur: *corona*, ait S. Aug. (k) *tibi ab
 ipso est, opus autem abs te est, sed non nisi
 ipso adjuvante*, & S. Prosper (l) *Justifi-
 catus homo nullo præcedente
 merito accipit donum, quo dono aquirat &
 meritum, ut quod in illo inchoatum est per
 gratiam Christi, etiam per industriam liberi
 augeatur arbitrii, nunquam remoto adju-
 torio Dei. Igitur gratia est origo &
 principium omnium nostrorum merito-
 rum,*

K k 4

rum,

(g) Sess. 6. de Just. cap. II. & Can. 8.

(h) Epist. 194. c. 5. Præteritorum sed. Apost.
 Epist. Auct. c. 9. tom. 2. Concil. Labb. p. 1617.
 S. Cælest. Ep. 1. Sess. 6. de Just. c. 16.

(i) 2. ad Tim. c. 4. v. 8.

(k) Serm. 333. c. 2.

(l) Resp. ad Cap. Gall. Resp. ad object.

Sæc. XVIII
A. C. 1720.
rum, fides & oratio sunt media, quæ
Deus nobis dat ab obtinendam gratiam
nec tamen via salutis ad sola hæc me-
dia est restringenda, perinde ac si bona
opera non essent necessaria & præcepta
ad promerendam coronam justitiæ, quæ
illorum est præmium.

Hæc principia, quæ nunc circa gra-
tiam stabilivimus, ostendunt, quæ
juxta verum Bullæ *Unigenitus* sensus
sint errores rejiciendi, & veritates
quas salva Scholarum libertate amplecti
tenemur.

§. XVII.

Articulus IV.

De Virtutibus Theologicis.

Contra
Propositio:
XXII.
XXVII.
XXIX.
XLII.
XXVIII.

Ex Virtutibus Theologicis prima est
fides, per eam enim accedimus ad
Deum (m) & juxta Trid. (n) est *hominum*
salutis initium, fundamentum & radix
omnis Justificationis, ex fide autem, inquit
S. Aug. (o) ideo dicitur justificari homines,
non ex operibus, quia ipsa prima causa
eaque impetrantur cetera, quæ propriis
operibus nuncupantur, in quibus juste vivitur.
Ergo S. Aug. & S. Patres adstruunt

(m) ad Hebr. c. 11. v. 6.

(n) Sess. 6. de Just. c. 8.

(o) l. de Prædest. Sanct. c. 7. Ep. 194. n. 3.

dari lumina supernaturalia, motiones Sæc. XVIII.
 S. Spiritus, quæ præparant ad donum A. C. 1720.
 fidei, non tamen sunt ipsa fides (p)
 merito ergo Bulla damnavit hanc Pro-
 positionem XXVII. *Fides est prima gratia*
& fons omnium aliarum, si a gratiarum
 numero excludantur illæ, quibus infi-
 deles præparantur ad fidem, & quas
 Deus dat hæreticis, ut revocentur ad
 veritatem.

Necessario distinguendum inter di-
 versos gradus fidei, & inter pias dispo-
 sitiones, quæ conducunt nos ad salu-
 tem. Initium fidei, quod est funda-
 mentum omnis justitiæ & meriti (q)
 juxta S. Aug. est donum gratuitum,
 quia nihil, quod eam præcedit, potest
 eam impetrare vel promereri, quia om-
 nia merita a fide incipiunt.

Quamvis autem Deus sit auctor aug-
 menti fidei, ac propterea Ecclesia pe-
 tat: *Da nobis fidei augmentum*, & S. Au-
 gustinus (r) dicat: *Quisquis tibi enume-*
rat vera merita sua, quid tibi enumerat,
nisi munera tua, nihilominus homo per
 bona opera, quæ per Christi gratiam
 operatur, augmentum gratiæ prome-
 retur,

K k 5

(p) L. 1. ad Simpl. q. 2. n. 2.

(q) Ep. 194. n. 9.

(r) L. 9. Confess. cap. 13.

Sæc. XVIII. retur, ita definierunt antiqui Patres
 A. C. 1720. & Trid. (t) & S. Aug. (u) ait: fides
 est sine merito, quia obtinet gratiam
 agendi & adimplendi id, quod
 præcipit.

Infirma & in suo ortu imperfecta
 fides potest in suo progressu fieri fortis
 & satis perfecta, ut jam corpori Christi
 & sancto Dei Templo deputemur (x).

Fides hæc justificans habet tres Cha-
 racteres I. debet esse fides in Christum
 seu illius debet esse objectum & prin-
 cipium II. debet operari, & esse con-
 juncta bonis operibus III. debet esse
 fides animata & operans per charitatem
 Hunc characterem D. Paulus (y) &
 Trid. (z) agnoscit in fide, quæ justifi-
 ficat.

Contra

Prop. LVII.

Spes, secunda virtus Theologiae
 potest esse in Peccatoribus, qui vitam
 gratiæ, & charitatem per mortale pec-
 catum amiserunt, hinc falsum est, quod
 totum desit peccatori, quando ei desit spes
 quia adhuc conservat fidem; non enim
 spes

(s) Præterit. Sed. Apost. c. 9.

(t) Sess. 6, cap. 10.

(u) Ep. 194. num. 9.

(x) I. I. ad Simpl. q. 2. n. 2.

(y) ad Rom. c. 3. v. 22. 24. & seqq. ad
 Gal. c. 2. v. 16. & seqq. c. 3. v. 22. c. 5. v. 6.

(z) Sess. 6, de Just. c. 7.

fides nihil est, sed magnum aliquid (a) & Sæc. XVIII.
fides cum gratiæ adjutorio potest spem A. C. 1720.
 Christianam revocare, & ad vitam re-
 ducere.

Verbum *Charitas* potest dupliciter
 sumi I. pro omni amore Dei habituali
 & actuali, incipiente & dominante,
 amore justificante, & ad justificandum
 non sufficiente, amore justis proprio,
 vel qui adhuc in peccatoribus inveniri
 potest, uno verbo, pro omni amore
 veri boni, pro omni bona voluntate,
 uti in hoc sensu *charitas* sumitur sæpe
 a S. Patribus (b) & Theologis (c)
 II. ordinarie sumitur a D. Thoma (d)
 pro tertia virtute Theologica, pro ha-
 bituali amore Dei, pro amore
 justis proprio, qui nos Deo unit, &
 membra viva Christi reddit, & sic com-
 muniter a Theologis & fidelibus acci-
 pitur. Fides & spes semper includunt ali-
 quem amorem Dei in primo sensu sum-
 ptum, ast fides & spes possunt esse a
 charitate separatæ in sensu secundo
 sumpta

Contra
Prop L.
LI. LII.
LIV. LV.

(a) Serm. 43. in Isa. n. 2.

(b) in Psalm. 9. n. 15. l. de dono Perf. c. 16.

(c) 22. q. 19. art. 8. in Congr.

(d) Dionys. Petav. l. 10. Dogm. tom. 1.
 c. 20. n. 8. Estius l. 3. sent. dist. 27. §. II. S. Th.
 Part. 3. q. 84. art. 5. ad 2. 22. q. 65. a. 5. in corp.
 2. 2. q. 23. a. 1. q. 24. art. 2.

Sæc. XVIII. sumpta, & possunt agere sine illa, *dem*
A. C. 1720. quamvis nos tunc non reddant *autem*
 & cælo dignos, non tamen propterea *cupimus*
 sunt sine fructu, sed habent actus *amorem*
 proprios, qui disponunt ad charitatem. *minimam*

Contra
Prop. LVI. Error ergo a Bulla merito damna- *quod*
LVII. I. tus est dicere, quod peccator, qui *procedit*
XLV. mittit charitatem habitualem, simul *ducat*
XLVI. fidem amittat, quod in ea nec timor *sint.*
XLVII. nec actus spei, nec bona opera, nec *operum*
XLVIII. cultus, nec oratio nec religio sit, quæ *sub*
XLV. cupiditas, quæ in ejus corde domina- *cata*
XLIX. tur, corrumpat omnes ejus actiones. *bitu*
XLIV. quod in eo nil sint nisi tenebræ, abec- *Deu*
XLVI. ratio, & peccatum, & quod sit in ge- *natur*
LIII. nerali impotentia ad omne opus bo- *in V*
 num, & quod non dentur alia princi- *nis C*
 pia nostrarum actionum, quam charita- *char*
 tas habitualis, & cupiditas habitua- *dilig*
Vid. Bull. Pii V. lum
æus
niens
est h
da c
men
possi
lutis
dem

Sancti Patres (e) docent, dari debent
 amores, Dei & creaturæ, quæ sunt
 principia motuum voluntatis, aut
 amorem Dei intelligunt non modo
 ritatem habitualem & amorem
 nantem, sed omnem amorem Dei
 lem, omnem bonam voluntatem,
 nem amorem veri boni in quocunq-

(e) S. Leo ferm. 88. c. 3. S. Aug. ferm. 34.
 l. 14. de civit. c. 28. l. 9. de Trin. c. 7. &
 S. Greg. l. 18. mor. c. 8.

demum gradu inveniatur, per amorem Sæc. XVIII.
autem creaturæ intelligunt non modo A. C. 1720.
cupiditatem habitualem, sed omnem
amorem creaturarum, debilem vel do-
minantem: nec unquam contenderunt,
quod omnes motus voluntatis, qui non
procedunt a charitate habituali, pro-
ducantur a cupiditate, proin peccata
sunt. E contrario (f) docent, dari bona
opera & pios motus in iis, qui adhuc
sub jugo peccati sunt, sicut dantur pec-
cata venialia in justis charitatem ha-
bitualem habentibus.

Indispensabile præceptum amandi
Deum ex toto corde fundatum in lege
naturali, & ipsa ratione, innovatum
in V. & N. T. est anima totius Religio-
nis Christianæ, & proprius novi fœderis
character. Juxta S. Joan. (g) *qui non
diliget manet in morte*, & juxta Aposto-
lum (h) *qui charitatem non habet, fa-
ctus est velut æs sonans, aut cymbalum tin-
niens, nihil ei prodest*. Necessaria ergo
est hæc virtus Theologica ad exercen-
da opera meritoria salutis, sine ea ta-
men actiones vere Christianas exercere
possumus, etsi non sint meritorie sa-
lutis, verum quoque est, quod, ut vere
Chri-

(f) S. Aug. 1. de Sp. & lit. c. 27.

(g) 1. Joan. c. 3. v. 15.

(h) 1. Cor. c. 13. v. 1. 2. 3.

Sæc. XVIII. Christianæ sint actiones, necessario
A. C. 1720. ferantur ad Deum & Christum, obli-
 gatio referendi omnes suas actiones ad
 Deum includitur in primo præcepto,
 est pars cultus supremo Enti debiti, &
 gloriæ, quam ei reddere tenemur. Hæc
 doctrina fundatur in S. Scriptura (i) &
 Traditione (k) temerarium ergo est eas
 impugnare, vel innovare errores a
 Alex. VII. & Innoc. XI. & Clero Gal-
 icano (l) damnatos.

§. XVIII.

Articulus V.

De timore pœnarum.

Plures timoris species sunt distinguen-
 dæ, quarum una juxta S. Thomam
 (m) nos elongat a Deo, aliæ nos ad
 eum approximant.

(i) Cor. 10. v. 31. c. 16. v. 14. ad Col. 3. v. 17.

(k) S. Basil. Reg. disp. interr. 5. Reg. brev. interr. 105. & 106, l. 1. de Bapt. c. 2. tom. 2. p. 659. S. Aug. l. de corr. p. 3. Ench. c. 133. S. Th. 2. 2. q. 100. a. 10. ad 2. in corp. 2. 2. q. 69. a. 1.

(l) Censura Cleri Gall. An. 1700. Prop. 10. & seqq. 2. & 21.

(m) S. Th. 2. 2. q. 19. a. 2. in corp. art. 3.

Prima est timor mundanus seu hu- Sæc. XVIII.
A. C. 1720.
manus, qui nos a Deo avertit, & nos ad peccatum inducit ob mala temporalia, quæ ab hominibus infligi time-
mus, si volumus esse Deo fideles: hic metus est semper malus, quia pro principio habet malum mundi amorem, quo homo finem suum reponit in bonis temporalibus, quorum jacturam timet.

Theologi distinguunt duas alias species timoris, quo approximamus Deo, nempe servilem & filialem. Primus pro objecto habet pœnam & supplicium, quo Deus punit peccatum & præcipue pœnas gehennæ, hic timor supernaturalis, ait S. Thomas (n) in se est bonus & laudabilis, provenit a Spiritu S. ejus utilitas commendatur in S. Scriptura, fides eum nobis inspirat, Deus eo utitur ad præparandas vias justitiæ, & ad charitatem in corda inducendam. *Quid dicturus sum (o) ait S. Aug. male times? non audeo, quandoquidem ipse Dominus dixit, nolite timere eos &c. sed eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Ita &c. vobis hunc timete Time, nil melius times, nihil est, quod magis timere debeas time, ut ista formido custodiat te, ut*

(n) 2. 2. q. 19. art. 4. 8. & ad 2.

(o) Serm. 161. de Verb. Ap. n. 8.

Sæc. XVIII ut perducatur ad dilectionem, & iterum (p)
 A. C. 1720 Qui adhuc ideo bene agit, quia pœnam timeat, Deum non amat, nondum est in filiis: utinam tamen pœnam timeat . . . fac, fac vel timore pœnæ, si nondum potest amore iustitiæ.

Hic metus est compatibilis cum charitate, uti videmus in pluribus peccatis, & quamvis destitutus amore, non destruat internum affectum ad peccatum, qui manet in voluntate, potest tamen excludere actus externos peccati & voluntatem retrahere a committendo.

Anathema ergo (q) si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel peccato abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Censura ergo dignum est dicere, quod omnis timor proin & supernaturalis, ducat ad desperationem, inspiret ideas de Deo falsas & periculosas, repræsentat eum tanquam Dominum austerum & crudelem, & quod ex hoc metu malum evitare, peccatum sit.

Anathema illis, qui cum Lutheri salutarem hunc timorem dicunt esse malum, quem Trid. (r) donum Dei & motum Spiritus S. vocat.

(p) Serm. 156. n. 14. tract. 41. in Joan. n. 11.

(q) Sess. 6. can. 8.

(r) Sess. 14. c. 4. & can. 5.

Si metus servilis ex se est bonus & Sæc. XVIII.
A. C. 1720.
salutaris, non idem dici potest (s) de
servitute, seu de illo timore, quem qui-
dam Theologi dicunt *serviliter servilem*,
quo peccator considerat supplicium, tan-
quam summum malum, ita, ut potius
a Deo puniri timeat, quam eum of-
fendere, dispositusque esset commit-
tere peccatum, quod actu amat, si il-
lud impune posset: hæc servilitas, quæ
est mala, non est timori essentialis, nec
nascitur ex visceribus timoris, sed ex
prava dispositione peccatoris (t). Po-
strema species timoris est timor filialis,
qui semper conjungitur cum amore Dei,
filiis proprium est, & uti ait S. August. (u)
facit, ut plus timeant offendere Deum,
& ab eo per peccatum separari, quam
castigari, hic timor juxta diversitatem
charitatis diversus est, & est initialis (x)
quando charitas Dei est adhuc debilis
& inchoata, perficitur autem juxta in-
crementum charitatis, augetur in corde,
& quando charitas erit perfecta in cælo,
ex-

(s) Epist. 145. ad Anast. n. 4.

(t) 2. 2. q. 19. a. 4. S. Bonav. l. 3, sent.
dist. 34. p. 2. a. q. 2. in resp.

(u) Tract. 9. in Ep. 1. S. Joan. Idem de
Catech. rud. c. 7.

(x) 2. 2. q. 19. art. 8.

Sæc. XVIII. excludet omnem timorem supplicii, &
 A. C. 1720. manebit charitas pura & casta.

Juxta tutiorem doctrinam S. Libris, Traditioni, & Trid. (y) magis consonam timor servilis, solus & sine initiali amore Dei tanquam fontis omni justitiæ non expellit internum affectum peccandi, nec est sufficiens dispositio peccatoris ad justificationem etiam intra Sacramentum pœnitentiæ. Quæ periculosæ sequelæ econtra deduci possent, videri potest in censura & Declaratione Cleri Gallicani (z) qui hæc addidit: *Et quidem de dilectione Dei, sicut ad Sacramentum Baptismi in adultis, ita ad Sacramentum pœnitentiæ, quæ est laboriosus Baptismus, requisita, ne necessariam doctrinam omittamus, hæc duo imprimis ex sacrosancta Synodo Tridentina monenda & dicenda esse dicimus: primum, ne quis putet in utroque Sacramento requiri ut præviam contritionem eam, quæ fit charitate perfecta, & quæ cum voto sacramenti, æ-*

(y) Joan. c. 3. v. 15. 1. Cor. c. 16. v. 22. S. Aug. Ep. 145. ad Anast. n. 4. & 5. tract. in Ep. Joann. n. 4. S. Greg. Past. l. 1. M. c. 11. Concil. Araus. II. can. 26. Trid. Sess. de Just. c. 6. Sess. 14. c. 4.

(z) An. 1700. de dilect. Dei in Sacram. Pœnitentiæ & in Cens. Prop. 85. 86. 87.

tequam actu suscipiatur, hominem Deo Sæc. XVIII.
reconciliet. Alterum, nequis putet in A. C. 1720.
utroque sacramento securum se esse, si
præter fidei & spei actus non incipiat
diligere Deum tanquam omnis justitiæ
fontem.,,

Hæc est doctrina Cleri Gallicani,
quam non tangit censura Pontificia
contra errores hic expositos lata.

§. XIX.

Articulus VI.

*De Regulis in administrando Sacra-
mento Pœnitentiæ observandis.*

De assistentia S. Sacrificio Missæ.

De oratione impiorum.

Ecclesia ad nullum extremum decli-
nans semper censuit, ut ait S. Greg.
Nazian. (a) in eodem vitio esse indulgen-
tiam omnino animadversionis expertem, &
condemnationem venia omni carentem, illa
enim omnes habenas laxans, hæc ob vehe-
mentiam strangulans. Eapropter Eccle-
sia condemnavit severitatem Montani-
starum & Novatianorum, qui peccato-
ribus

Ll 2

(a) Orat. 39. tom. 1. pag. 605.

Sæc. XVIII. ribus spem reconciliationis (b) præce-
 A. C. 1720. derent, & damnavit perniciosam indo-
 gentiam quorundam Sacerdotum (c)
 qui infausta facilitate cunctas discipu-
 næ regulas everterunt.

Utrique vitio obviaturi Sacerdotes
 sint memores, se solvendi & remittendi
 pariter & ligandi, ac peccata retinendi
 potestatem accepisse; non ergo ligandi
 aut absolvant in terris nisi quos a Christo
 in cælis absolvi vel ligari censent, sed
 juxta Concilium Romanum (d) in ad-
 ministracione Sacramenti poenitentiae
 eo utantur temperamento, ut improbi
*homines nec pravam nostram laudent faci-
 litatem, nec vere poenitentes accusent nos
 quasi duram crudelitatem.*

Ex præscripto Tridentini (e) con-
 derent I. quod ad perfectam remissionem
 peccatorum in hoc Sacramento
 perveniri nequeat *sine nostris magnis
 tibus & laboribus.* II. Quod contritio
 non modo in cessatione a peccato, sed
 initio vitæ novæ (f) consistat, sed et

(b) Tertul. l. de Pudic. S. Cyprian. ep. ad Anton. S. Pacian. Ep. ad Simpr. a Novat.

(c) S. Cypr. ep. 45. & 50. Ep. Cleri Rom. ad eundem tom. I. Conc. Labb. p. 663.

(d) Ep. Cler. l. c.

(e) Sess. 14. cap. 2.

(f) Trid, Sess. 14. c. 4.

tiam detestationem peccati, & conversionem cordis includat. III. Quod Sa-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

cerdotes teneantur injungere pœnitentias proportionatas, quæ simul sint satisfactoriæ & medicinales (g). Hæc exigunt Concilia (h) Pontifices (i) Patres (k) &c. utilissimum quoque est, ut Pastores suis pœnitentibus proponant antiquam Ecclesiæ severitatem, qua magni peccatores canonicam pœnitentiam facere tenebantur, prius quam fuerint reconciliati, ut exemplo primorum Christianorum pœnitentes animentur ad se humiliandum, & proficiendum de indulgentia, qua hodie Ecclesia utitur erga eos, dum illos ante satisfactionem reconciliat, postquam sinceræ conversionis signa dederunt.

Contra
Propositio:
LXXXVIII
LXXXVII.

Abolutio in pluribus casibus & circumstantiis est differenda, v. g. peccatis

L1 3 tis

(g) Ibid. cap. 8.

(h) Conc. Nic. I. c. 11. & 12. Ancyr. c. 4 5. & seqq. Neocæs. c. 2. Laod. c. 2. Tolet. III. cap. 11.

(i) Dist. L. apud Grat. Innoc. I. ep. 1. n. 7. S. Leo ep. ad Rust. Narb. S. Greg. Hom. 26. in Evang.

(k) Ep. can. S. Greg. Thaum. S. Basil. ad Amph. S. Greg. Nyss. ad Læt. S. Ambr. l. 2. de Pœnit. c. 9. S. Aug. Ench. c. 65. Serm. 351. Hom. 50. de Pœnit.

Sæc. XVIII. A. C. 1720. tis enormibus aut publicis, peccatis
 consuetudinis, vel in occasione pro-
 ma peccati mortalis, in casu restituti-
 nis, vel reconciliationis denegatæ, vel
 nequiter dilatæ, conversionis æquivocæ
 & generaliter in omni casu, quo peccator
 tens vel non sufficienter instructus vel
 dispositus esse videtur.

Reprobat tamen Ecclesia immoder-
 ratam Confessariorum duritiem, in
 quolibet peccato, etiam poenitentibus
 sufficienter dispositis vellent non minus
 imprudenter quam injuste differre ab-
 solutionem, & quasi pro Christi præ-
 cepto in ipsa peccati natura & peccati
 tentiæ fundato haberent, quod peccator
 tens semper ante absolutionem teneatur
 vel ex toto, vel ex parte satisfacere.
 Et id condemnavit Bulla *Unigenitus*.

Contra
Propositio:
LXXXIX. Olim peccatores magni non pe-
 mittebantur assistere celebrationi Sacra-
 Mysteriorum, hodie ex sola Ecclesie
 indulgentia illis assistunt, unde hodie
 na disciplina non est damnanda, quæ
 non modo Peccatoribus, ut assistere
 permittit, sed eos etiam urget, & ut
 diebus Dominicis & festis assistant, ob-
 ligat, quia sperat Ecclesia, quod hæc
 divina Mysteria ipsis terrorem instillent
 & resuscitata eorum fide, a Deo cor
 contritum & humiliatum, quod est ve-
 rum Sacrificium cordis, exoraturi sint.

Tridentinum (l) tantum excludit peccatores publicos, & notorios (m) præcipit etiam, ut hi agant poenitentiam publicam, Episcopis tamen eam, si bene visum fuerit, in secretam commutandi relinquit libertatem: Patres vero Concilii non nisi de peccatoribus publicis loquebantur, & sub nomine poenitentiae publicae nec intelligebant exclusionem ab assistentia Sacris mysteriis nec omnes actus laboriosos & humiliantes, qui circa publicos peccatores in antiqua disciplina observabantur.

S. Carolus Confessariis præcepit, ut versati sint in Canonibus Poenitentialibus eo fine, ut peccatores edocere queant, quanta ab eis exegerit vetus disciplina, non tamen Confessariis sese toti rigori antiquorum Canonum conformandi libertatem reliquit, nec etiam permittenda sunt omnia, quæ ad disciplinam Tridentini Regulis & hodierno Ecclesiae usui contrariam conferunt. Hanc temeritatem Pontifex reprimendam censuit.

Peccatores, qui humiliter & fiducialiter licita & ad salutem utilia præcantur, non modo non committunt novum peccatum, sed eorum oratio
Ll 4 potest

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Contra
Prop. LIX.

(l) Sess. 22.

(m) Sess. 24. de Ref. cap. 8.

Sæc. XVIII. potest exaudiri, de illis vero peccatis
 A. C. 1720. ribus & impiis, qui cum superbia &
 hypocrisi sicut Phariseus, orant, dicen-
 dum, quod eorum oratio sit Deo execra-
 bilis.

§. XX.

Articulus VII.

De Excommunicatione.

Credendum est I. quod excommuni-
 candi potestas sit portio potestatis
 clavium, quam Christus immediate (n)
 suis Apostolis, & in eorum persona
 Episcopis illorum successoribus posita
 a Spiritu S. regere Ecclesiam suam (o)
 dedit: Juxta S. Patres dici potest, quod
 clavium potestas data fuerit Ecclesie
 & Unitati, de Ecclesia enim recte dici
 potest, quod sit unum corpus, & una
 Societas, quæ habet & possidet, quæ
 quid præcipuis ejus membris ad unita-
 tatem omnium aliorum a Christo dit-
 tum est, & quia primarii Pastores ve-
 rum Senatum, verumque Ecclesie Tri-
 bunal constituunt, & sunt ipsimet Ec-
 clesia docens, Ministri autem secundæ
 Ordinis non possunt docere aliter, quam
 missi

Contra
 Prop. XC.

XII.

(n) Matth. c. 18. v. 17. S. Chryf. tom. 66
 in Matth. S. Aug. tract. 50. Joan.

(o) Act. 20, v. 28.

missi a primariis Pastoribus & semper Sæc. XVIII.
 cum dependentia & subordinatione, A. C. 1720.
 quam Divina Institutio & Ecclesiæ Ca-
 nones exigunt, hinc erroneum est, di-
 cere, quod Pastores a Corpore fidelium
 recipiant potestatem excommunicandi,
 & quod illam duntaxat tanquam dele-
 gati a populo exercent.

II. Quod Episcopi censuras non vi-
 brent, nisi juxta Regulas per Canones
 dictatas, eo enim collimant cautelæ a
 quibusdam Conciliis (p) præscriptæ: qui
 autem legitime & juxta has Regulas
 sunt excommunicati in una Diæcesi,
 pro talibus habendi sunt in omnibus
 aliis, quin consensus nequidem præ-
 sumptus fidelium ad censurarum valo-
 rem necessarius sit.

III. Quod excommunicatio, quæ Contra
 nos ab implendis officiis a lege naturali Prop. XCI.
 & divina impositis v. g. a cultu Divino,
 Christum profitendi lege, subditorum
 fidelitate Principi, cujus potestas a solo
 Deo dependet, debita præpediret, no-
 torie & evidenter nulla esset, & nec
 ejusmodi excommunicationis metus
 unquam deberet nos impedire ab im-
 plendo ejusmodi debito semper certo,
 semperque immutabili, & quod inter
 hæc duo extrema, aut fidei veritatem
 prodendi, aut excommunicationem fe-
 rendi,

L1 5

(p) Cone. Meld. can. 56. an. 845.

Sæc. XVIII
 A. C. 1720. rendi, haud fluctuandum fit, sed re-
 quaquam veritatem esse lædendam,
 sed Deo potius quam hominibus obe-
 diendum, potiusque ferendam esse
 excommunicationem injustam, quam
 Deum esse offendendum, aut ejus le-
 gem violandam. Si quandoque pe-
 ignorantiam vel humanæ voluntatis
 malitiam justi excommunicarentur,
 nunquam ab intima unione cum Ecclesia
 abscissi, nec propterea extra salutis
 viam positi forent. Hæc veritas con-
 stanti traditione est firmata (q) non ta-
 men fideles propterea censuras Eccle-
 siæ contemnere audeant, sed sciunt
 ipsis nunquam permiffum esse contem-
 nere Episcoporum auctoritatem, et
 hi ea abuterentur: audiant verba
 Gregorii (r) dicentis: Causæ pe-
 sandæ sunt & tunc ligandi atque
 vendi potestas exercenda, videndum
 est, quæ culpa præcessit, aut quæ sit po-
 nitentia secuta post culpam: sed utrum
 juste an injuste obliget pastor, pa-
 storis tamen sententia gregi timeanda
 est, ne is, qui subest, & cum injuste for-
 sitan ligatur, ipsam obligationis suæ sen-
 tentiam ex alia culpa mereatur. Pastor
 ergo vel absolvere indiscrete timeat re-
 ligari

(q) 2. Part. Decret. Grat. 24. q. 3.

(r) S. Greg. Hom, 26. in Evang. n. 6.

ligare, is autem, qui sub manu pasto- ^{Sæc. XVIII.}
 ris est, ligari timeat vel injuste, nec ^{A. C. 1720.}
 pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne, etsi injuste ligatus, & ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat.,

Sciant ergo quod extra casum excommunicationis evidenter irritæ fidelibus ^{Contra Prop. XCIII}
 non competat dijudicare, an excom- ^{XCII.}
 munitio sit injusta vel iusta, vel an quod credunt esse debitum, revera sit debitum, sed in dubio præsumptio stat pro Superiore, & sub prætextu adimplendi debitum a lege positiva præscriptum v. g. in Paschate confitendi, Missam celebrandi, suo ministerio fungendi, quod S. Canones juridice & per legitimis superiores prohibent non possint sese a censurarum pæna eximere (s).

IV. Falsum est, quod quis pati potius debeat in pace omnem excommunicationem injustam & quod in solo casu in quo injustitia & nullitas talis excommunicationis probari non posset, hæc in pace sufferenda esset; si enim ejusmodi injustitia demonstrari potest, in pace esse, permissum non est, nec in pace toleranda est Sacramentorum privatio,

(s) Vid. Conc. Const. Sess. 8. art. 13. Wic-
 les. Sess. 15. art. 17. Huss. & art. 18.

Sæc. XVIII. vatio, secus contemneret illa, si ab
 A. C. 1720. excommunicatione solvi non contem-
 deret.

Hi ergo sunt errores circa excom-
 municationem, quos Bulla proscripsit
 simulque hæ sunt Regulæ, quibus in-
 quaquam Bulla adversatur.

§. XXI.

Articulus VIII.

*De lectione S. Scripturæ & celebra-
 tione Divini Officii.*

Hanc lectionem ipsa S. Scriptura (a)
 & SS. Patres (b) fidelibus commen-
 darunt, & S. Augustinus (c) monet, ut
 omiffis & repudiatis theatricis nugis
 poeticis, divinarum Scripturarum compo-
 sitione & tractatione pascamus animam.

(a) Josue cap. 1. v. 8. Joan. c. 5. v. 39.
 Act. c. 17. v. 11. 2. Tim. c. 3. v. 15.

(b) Orig. hom. 9. in lavit. l. 4. contra Cel-
 S. Chryf. Conc. 3. de Laz. Hom. 23. in Gal.
 & alibi. S. Aug. l. 6. Confess. c. 5. & 16.
 c. 20. in Gen. ad Lit. l. 5. c. 3. n. 6. Ep. 15.
 ad Voluf. c. 5. n. 17. de Civit. l. 15. c. 25.

(c) S. Aug. l. de vero Relig. c. 51.

Pontifices (d), necnon S. Greg. (e) ait: Sæc. XVIII.
Studete fratres charissimi Dei verba medi- A. C. 1720.
*tari, nolite despicere scripta nostri Redem-
*ptoris, quæ ad nos missa sunt.**

Ecclesia hunc thesaurum suis filiis non abscondit, & recens ad fidem conversi, quibus adversam opinionem quidam inspirare nituntur, ex nostris Dogmaticis libris, ex tot Scripturæ versionibus per Episcopos probatis, ex Ecclesiæ Gallicanæ praxi, quæ neo-converſis Biblia, defuncti Regis dono, impressa tradit, veram Ecclesiæ mentem hac in re agnoscere poterunt (f). Majori Zelo pro lectione S. Scripturæ Ecclesia Romana fertur, quam hæreticorum societates; semper tamen hæresi prævalet ejus prudens cautela, qua juxta temporum vicissitudines abusibus hujus lectionis obstat, & a suis Filiis pro fructuosa S. Scripturæ lectione, ejusque intelligentia spiritum dependentiæ

(d) S. Clem. Ep. ad Cor. tom. 1. Conc. Labb. p. 151. & 155. S. Greg. Hom. 15. in Ezech. & Præf. in l. Mor. Ep. ad Leandr. l. 9. Epist. 75. l. 4. ep. 40. Inuoc. Ill. l. 2. ep. 141. 142. Greg. IX. ep. 6. tom. 11. Conc. Labb. pag. 324.

(e) Hom. 15. in Ezech.

(f) Replique du Card. du Perron. Contr. du Card. Richelieu.

Sæc. XVIII tiæ & submissionis exigit. Id Ecclesia
A. C. 1720. semper observavit, & Bulla confirmata
 dum falsa quædam damnat principia
 & corruptelas, circa quas necesse est
 ut fideles instruatur, eisque explicentur
 exceptiones, ut erudiantur populi
 & perversa hæreticorum consilia evitentur.

Contra

Propositio:

LXXIX.

LXXX.

LXXXII.

LXXX.

LXXXI.

LXXXIII.

I. Quamvis hæc lectio sit utilissima
 & a SS. Patribus maxime commendata
 non tamen omni tempore, loco, &
 omnibus personis adeo est necessaria,
 ut sine ea rudissimi salutem suam operari
 nequirent; nam, ut ait S. Irenæus (g)
 assentiunt huic ordinationi multæ gentes
 barbarorum, eorum, qui in Christum credunt
 sine charta & atramento scriptam habentem
 per spiritum in cordibus suis salutem, &
 veterem traditionem diligenter custodientem,
 in unum Deum credentes &c. & S. Augustinus
 (h) ait: Homo fide, spe & charitate
 subnixus, eaque inconcussa retinens,
 non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos.
 Itaque multi per hæc tria etiam in
 solitudine sua sine Codicibus vivunt.

Lectio S. Scripturæ est veluti pars
 ad diei Dominicæ sanctificationem utilissima:
 Hæc dies sunt Domini, & proborum

(g) Lib. 3. advers. hæres. c. 4. n. 2.

(h) L. 2. de doctr. Christi in Præfat.

borum deliciae (i) quæ augmentur per Sæc XVIII. A. C. 1720.
lectionem S. Scripturæ: *castæ hæ deliciae*

in S. Scriptura inveniuntur (k) hæc tamen dies Dominica sanctificari potest sine lectione S. Scripturæ, sanctificatur assistendo Sacrificio Missæ, & catechesi, precibus publicis & privatis, frequentando Sacramenta, elemosynis, sublevandis ægrotis & captivis, & aliis pietatis, charitatisque exercitationibus: secus, qui legere norunt, certe lugendi essent, si non alio modo quam S. Scripturæ legendæ præcepto diem Domini sanctificare possent.

II. Pastores illis, qui vel ex propria malitia, vel imbecillitate intellectus cælestem hunc cibum in toxicum converterent, lectionem S. Scripturæ prohibere possunt & tenentur: tales sunt, ut ait S. Petrus (l) *indocti & instabiles in fide, qui S. Scripturam depravant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.*

III. Inter S. Scripturæ libros dantur quidam, qui vel ex integro vel ex parte quibusdam permitti nequeunt, & S. Hieronymus (m) ac Theodoretus

(i) Cate. Rom. p. 3. de præc. Dec.

(k) S. Aug. 1. 10. Confess. c. 12.

(l) 2. Petri c. 3. v. 16.

(m) Prolog. Comm. in Ezech.

Sæc. XVIII. tus (n) docent, apud Judæos in
 A. C. 1720. fuisse, ut lectio initii Geneseos, initium
 & finis Ezechielis, & integer liber Cantu-
 ticorum illis ante trigesimum ætatis
 annum non permittatur: Origenes
 S. Scripturæ lectionis studiosissimus
 idem in virtute nondum roboratis suadet,
 & S. Basilius (p) ad Chilonem Discipulum
 suum scribit: *Lectiones, maxime N. T. ne in superhabeas, quod ex
 lectione sæpe offensio oriatur, non quod
 quæ scripta sunt, sint noxia, sed quod in-
 firmus sit animus eorum, qui offendunt.
 Omnis enim panis nutriendo corpori in-
 sed tamen infirmis fit noxius, ita Scriptura
 omnis divinitus inspirata est utilis, & in-
 per seipsam impurum habet, nisi qui illam
 talem existimat.*

*Contra
 Propositio:
 LXXIV.
 LXXXV.*

IV. Ob hæreticorum perversionem
 & populorum seditiones Ecclesiæ
 quandoque, & in certis locis cogitabatur
 uti variis cautelis, ut corruptelas
 ex promiscua hac lectione præveniat.

Sic Innocentius III. (q) & quædam
 Concilia (r) ob versionem Scripturæ

(n) Theod. Proem. in Cant.

(o) Prolog. in Cant.

(p) Ep. I. ad Chilonem.

(q) L. 2. Ep. 141. 142. 236.

(r) Tolosanum Ann. 1229. csn. 14.

Albigensibus & Waldensibus adorna- Sæc. XVIII.
 tam, & abufum S. Librorum ab eis A.C. 1720
 factum compulſa fuere ad ejuſmodi
 cautelas, quibus fideles a ſeductionis
 periculo præſervarentur. Bituricenſe (s)
 etiam & Narbonenſe graſſante Lutheri
 & Calvini hæreſi Bibliæ verſiones in
 linguam vernaculam fidelibus prohi-
 buerunt, & duntaxat ab Eccleſia Ca-
 tholica & Ordinariis approbatas eis
 conceſſere: imo Narbonenſe Concilium
 eis illarum lectionem prohibuit, niſi
 habeant licentiam Episcoporum ſcri-
 ptam, quæ duntaxat poſt maturum
 examen concedenda eſſet.

Hanc cautelam ob hæreſes adopta-
 tam, & in præcipuis Eccleſiis observa-
 tam, illiusque uſum damnare temera-
 rium foret, admittenda ergo eſt infinita
 utilitas hujus lectionis, & ſimul obser-
 vanda media ad utilem lectionem ne-
 ceſſaria.

Ad fovendam Chriſtianorum pieta-
 tem Pſalmorum (t) cantus, Hymnorum
 & ſpiritualium canticorum uſus ab A-
 poſtolorum ævo ſtabilitus videtur, primi
 fide-

(s) Bituric. & Narb. tom. 15. Conc. Labb.
 pag. 1074. & 1578.

(t) Ep. ad Eph. c. 5. v. 19. ad Coloff. c. 3.
 v. 16. Conſt. Ap. l. 2. c. 57. & 59.

Sæc. XVIII. fideles omnibus officiis Divinis devotissime assistebant, & cum Clericis vocatos suas ad laudandum Deum jungentibus. Plinius de iis testatur (u) quod præstituta die ante solis ortum conveniant & in Christi Dei sui laudem Hymnos inter se recitent. Tam in Oriente, quam Occidente laici officium Divinum cum Sacerdotibus cantabant: id testantur S. Basilius (x) Chrysoftomus, Theodoretus, Ambrosius, Augustinus, S. Justinus & alii.

Contra
Propositio:
LXXXVI.

Ergo Ecclesia semper usum antiquum, sanctum & tantopere commendatum approbavit, & duntaxat præcepit, ut quilibet fidelis hac in hodierno usui & Ecclesie suæ disciplina contra quam sese erigere, aut eam contempnere nefas est, sese accommodet: dicitur quoque Tridentinum (y) eos, qui dicunt, *Romane Ecclesie ritum, quo missa voce pars Canonis & verba confite-*

(u) Plinius secundus l. 10. Ep. 97.

(x) Expos. in Pf. I. Ep. 83. ad Nestor. S. Chryf. in Pf. 41. Soz. l. 8. c. 8. Theod. l. c. 24. S. Aug. l. 9. Conf. c. 7. tract. 22. Joan. n. 5. S. Just. Ap. 2. p. 98. S. Cypr. l. 1. Catech. 5. n. 3. & seqq. S. Cypr. l. de coena Dom. S. Aug. l. de dono Perf. c. 13. lib. contra Ep. Parm. c. 7. n. 14.

(y) Sess. 22. c. 9.

toria proferuntur, damnandum esse, aut Sæc. XVIII.
 linqua tantum vulgari Missam celebrari A. C. 1720.
 debere.

§. XXII.

Articulus IX.

*De afflictionibus & Ecclesiæ ac fide-
 lium persecutionibus.*

Deus plerumque affligit, qui affligi *Contra*
 promerentur, & afflictionum, quas *Prop. LXX.*
 Deus suis creaturis infert, plerumque *XCIV.*
 a peccato seu originali seu actuali pro- *XCIV. XCVI*
 veniunt, quandoque tamen & justos *XCVII.*
 ad manifestandam suam gloriam, per *XCVIII.*
 ad manifestandam suam gloriam, per *XCIX.*
 ficiendam eorum virtutem & augenda
 merita affligit, uti Jobum, cæcum na-
 tum, Martyres & B. V. imo Christus
 tribulationes denuntiabat sequentibus
 eum (2).

Non ergo afflictiones & persecutio-
 nes sunt certum signum, quod veritas
 & justitia propugnetur, etiam error
 æque ac veritas suos habet martyres,
 si Deus sæpe generosissimos fidei Pug-
 les ad gratiæ suæ glorificationem per-
 secutoribus & tormentis tradidit, sæpe
 etiam suam justitiam demonstravit pœ-
 nis, quibus obstinatos errorum defen-

M m 2 fores

(2) Matth. c. 10. v. 17. Joan. c. 16. v. 2.

Sæc. XVIII. fores castigavit, ideo ait S. August. (a)
 A. C. 1720. *caussa, non pœna facit Martyrem.*

Deus permisit, ut sua Ecclesia non protegeretur, nunc a Principibus vexaretur: damnanda esset ignavia, Principibus cedere cum præjudicio veritatis, quam impugnant: non minus etiam damnandum & a Pontificibus damnatum esset vitium, Sacro Ministerio attribuere injustum dominatum, communem Pastorum prædicationem contemptui exponere, Principum potentiam exosam reddere, eosque depingere tanquam semper justitiæ & veritati adversantes.

§. XXIII.

Articulus X.

De Juramentis.

Contra Prop. C. CI. Rarus quidem juramenti usus fit inter Christianos, permissus tamen est, dummodo juramentum fiat cum veritate, justitia & judicio: juramenti sanctitas violatur, & Ecclesiæ ejusque auctoritati insultatur, si inter juramenta temeraria & illicita rejiciuntur ea, quæ in variis occasionibus, præcipue in errorum aut librorum, qui erroribus

(a) Ennarr. in Pf. 2. n. 13. S. Cyprian. de unit. Eccl.

tent, ab Ecclesia præscribuntur, prout Sæc. XVIII.
 Ecclesia hodieum circa formularii sub- A. C. 1720.
 scriptionem ejusmodi juramentum præ-
 scribit. Absolutis hisce explicationibus
 hæc addidit Noaillius: *Has explicationes*
Serenissimus ac Regius Princeps Cardinali-
bus, Archiepiscopis atque Episcopis tradi-
dit, qui illas mature discusserunt, ac de-
clararunt, eas omnino consonas esse Ecce-
lesiæ doctrinis, vero Constitutionis sensui, &
principiis, quæ Clerus Gallicanus in sua
Instruktionè Pastorali Anno 1714. stabilivit.

His positis Noaillius sermone ad
 Clerum suum converſo subjunxit.

„Hæ sunt Fratres mei charissimi,
 Constitutionis *Unigenitus* explicationes,
 quibus vos adhærere oportet, hæc e-
 rat tot celeberrimorum Præſulum mens,
 dum eam receperunt, hicque est sen-
 sus, in quo nos illam cum ipsis reci-
 pimus.

Falsum ergo est, quod Bulla doctri-
 nam SS. Augustini & Thomæ & sen-
 tentiam de prædestinatione gratuita &
 gratia ex se efficaci a Thomistis pro-
 pugnatam labefactet, vel detrahat præ-
 rogativis novi fœderis super Vetus, aut
 fidei merito, quod juxta Tridentinum
 est initium salutis, aut necessitati fidei
 in Mediatorem, quæ juxta temporum
 diversitatem fuit quidem magis vel mi-
 nus

Sæc. XVIII. nus explicita, semper tamen omnia
A. C. 1720 necessaria.

„Falsum quoque, quod Constitutio
deroget sententiæ de necessitate amoris
Dei ad justificationem intra Sacramen-
tum Pœnitentiæ, quam sententiam Cle-
mus Gallicanus Anno 1700. adoptavit
nec quod sit Regulis adeo prudentibus
præscriptis a Rituali Romano, & Ma-
niti S. Caroli circa differendam ab-
olutionem, vel hodierno usui in Gallia
sit contraria circa lectionem S. Scriptu-
ræ, aut quod adversetur communi Theo-
logorum doctrinæ circa censuras, vel
„principiis hæc de re ab Innocentio III.
„traditis, aut subditorum obligatione-
„bus erga suos Principes, aut juribus
„a Christo Domino Episcopatus annexam
„aut SS. Patrum locutionibus, inter
„lectis in vero sensu, quo ipsimet eam
„tellexerunt, vel Catholici Doctores
„unanimitè interpretati sunt.”

„Non ergo aures præbete Viris pro-
„vatis sine intellectu aut certe sine au-
„toritate loquentibus, qui doctrinam
„diversam ab ea, quam summi Pontifices
„fides & nos cum ipsis tradidimus, vos
„bis propinant. Nolite credere illis
„qui Constitutioni *Unigenitus* interpreta-
„tiones his explicationibus contra-
„rias affingere præsumunt, partim
„falsos & periculosos sensus, quos hæc
„explicat

„explicationes excludunt, propugnent, ^{Sæc. XVIII.}
 „partim ut persuadeant, Doctrinam de- ^{A. C. 1720.}
 „pravari, & traditionis vocem immu-
 „tari, cum tamen Ecclesia pro sua au-
 „thoritate duntaxat dogma correctiore
 „modo, magis distincto, & ab omni
 „novitatis, errorisque umbra remoto
 „exprimat. „

„Eo præcipua, imo unica cura no-
 „stra abibat jam a primo, quo Gallicana
 „Ecclesia tot malis agitari cæpit; au-
 „gebatur hæc sollicitudo in nobis, dum
 „imminebat funesti schismatis peri-
 „culum, absdubio erupturum, nisi om-
 „nes ferme Franciæ Episcopi in talem
 „consensissent explicationem, qua de
 „vero Constitutionis sensu habita cer-
 „titudine via ad pacem non minus so-
 „lida, quam certa fuit aperta. „

„Non semel expetivimus explicatio-
 „nes, non quidem, uti tamen nonnulli
 „calumniabantur, summi Pontificis au-
 „thoritatem imminuendi, aut obsequium
 „ei debitum infringendi animo, sed
 „unice, uti sæpissime insinuavimus, ut
 „præpediamus, ne diversa & præcipua
 „dogmata, plura moralis doctrinæ &
 „disciplinæ decreta, pluresque articuli
 „ad conservandas libertates nostras ne-
 „cessarii occasione hujus Constitutio-
 „nis impugnarentur. Deo autem sic
 „disponente voti nostri compotes facti

Mm 4

„su-

Sæc. XVIII. „sumus, dum circa Constitutionis de
 A. C. 1720 „strinam Franciæ Episcopi unanimi
 „fragio conspirarunt. Nil ergo reli-
 „quum est, nisi ut ea acceptetur una cum
 „explicationibus, per quas omnis con-
 „tentio cessabit, si Vos eam monstra-
 „veritis submissionem, quam Christi
 „per os nostrorum Pastorum loquenti
 „voci reddere obstricti estis. „
 „His de causis, & invocato De-
 „Nomine Constitutionem *Unigenitus* cum
 „omni veneratione ac submissione ac-
 „ceptamus, & libri reflexionum mora-
 „lium condemnationem jam antea in no-
 „bis factam innovamus: damnamus
 „tam præfatum librum, quam Cl. Be-
 „nignas Propositiones juxta censuras
 „sua Sanctitate latis. *Et id quidem*
 „omne juxta præcedentes explicationes
 „a potissimis Franciæ Episcopis appro-
 „batas, quas & nos Vobis tanquam
 „verum Constitutionis sensum includen-
 „tes exhibemus, & Constitutioni *Un-*
 „genitus necessario subjungendas cen-
 „suimus, unice ideo, ut præpediamus
 „ne per interpretationes non minus fa-
 „sas, quam vero Constitutionis sensum
 „præfatisque explicationibus contrarias
 „fides impugnetur, moralis doctrine
 „puritas depravetur, & Scholarum li-
 „bertas tollatur. Inhibemus etiam omni-
 „nibus Diæcesis nostræ fidelibus, ne
 „præ-

„præfatæ Constitutioni sensus prædictis Sæc. XVIII.
 „explicationibus contrarios affingere A. C. 1720.
 „audeant „

„Damnamus quoque omnes libel-
 „los tam scriptos, quam impressos huc-
 „usque pro dicti libri vel proscripta-
 „rum propositionum defensione editos,
 „vel edendos contra Constitutionem,
 „præfatasque explicationes, & præci-
 „pimus sub pœnis in jure statutis, ut
 „omnia ejusmodi exemplaria mox ad
 „nostram Curiam deferantur, & ut præ-
 „fata Constitutio *Unigenitus*, explica-
 „tiones, nostrumque Mandatum ad
 „acta Episcopalis Curixæ referantur, &
 „ut in omnibus Tribunalibus Ecclesia-
 „sticis juxta ea procedatur, & cuncta
 „hæc, ubicunque opus fuerit, præle-
 „gantur, & publice affigantur. Datum
 „Parisiis in nostro Palatio Archiepisco-
 „pali Anno 1720. die secunda Augusti. „

§. XXIV.

*Mandatum tandem a Cardinale Noail-
 lio promulgatum.*

Quamprimum Regis edictum, uti me- Vit. Card.
 minimus, sanctioris Senatus ta- Noaill. t. I.
 bulis fuerat insertum, mox Regni Admi- pag. 71.
 nistrator nullum non movit lapidem, ut
 Cardinalem Noaillium ad publicandum
 suum mandatum, quo se Constitutio-
 nem

M m 5

nem

Sæc. XVII. nem acceptasse testaretur, tandem pe-
 A. C. 1720. moveret. Hic vero una ex parte Re-
 gis Regentisque indignationem veritus,
 ex altera autem hypocrisis & inco-
 stantiæ opprobrio sibi a suis objecto
 exasperatus, quo se verteret, ac quid
 demum statueret, nesciebat: nunc ac-
 ceptionem a se factam revocare de-
 cernit, mox in vulgus spargit, se suum
 mandatum non prius editurum, do-
 nec octoginta Episcopi se pacificationi
 accessisse, proprio chirographo & sigillis
 testati fuerint, paulopost declarabat,
 se mandatum suum publici juris facere,
 haud posse, nisi prius Regis declaratio
 seu edictum Parlamenti Parisini tabulis
 fuerit insertum. Incassum Regni Me-
 derator per Franciæ Cancellarium
 Noaillo opposuit, declarationem in
 sanctioris Senatus acta fuisse relatum,
 proin Parlamenti tabulis eam inferere
 supervacaneum fore: Institit enim Car-
 dinalis, ac ipsimet Regenti exposuit,
 necessariam esse Parlamenti auctorita-
 tem, quia Pontifex pacificationem fe-
 ctam flocci habiturus esset, nisi illius
 executionem Parlamento committan-
 noverit, nec etiam Episcoporum rabies
 refrænari posset, nisi vigeat illud Tri-
 bunal, cui ejusmodi furiosos ac decla-
 rationis transgressores puniendi aucto-
 ritas data sit, & ipse Parisiensis Clerus

ob Parlamenti exilium, & Sanctioris Sæc. XVIII.
 Senatus ignaviam irritatus, magis ad A. C. 1720.
 huc alienus ab acceptanda pacificatione
 Regisque declaratione redderetur. Post-
 quam vero precibus etiam minæ fue-
 rant additæ, & annuente Regni Mo-
 deratore Episcopi jamjam per publicas
 sanctiones sese a Noailii & appellantium
 communione segregare parabant, tan-
 dem Cardinalis suum mandatum, quo
 Constitutionem acceptabat, suoque chi-
 rographo jamjam die vigesima octava
 Octobris firmaverat, eadem die coram
 Rege, totaque Aula, ac demum die
 decima septima Novembris in omnibus
 Parisinæ Urbis Ecclesiis publici juris
 fieri jussit, quo factò etiam die quarta
 Decembris Parisiense Parlamentum Re-
 gis declarationem ad acta retulit. Hac
 Cardinalis submissione Rex, Regni Mo-
 derator, Franciæ Episcopi, omnesque
 recte sentientes, post tam diuturnam
 non minus quam noxiam dissensionem
 tandem optatam pacem universæ Ec-
 clesiæ redditam fuisse haud dubitabant,
 præcipue postquam ad Noailii exem-
 plum P. San - Marthanus Congrega-
 tionis S. Mauri Generalis Præpositus
 encyclica epistola omnibus sibi subditis
 significaverat, quod ipse pacificationi
 accessisset, proin & ceteri haud ultra
 in suis monasteriis resisterent, sed actis
 Deo

Sæc. XVIII. Deo gratiis pro pace & tranquillitate
 A. C. 1720. post tot turbas & tumultus restituta
 perfectæ submissionis & profundæ ve-
 nerationis vinculum cum summis Pon-
 tificibus innovarent, seque erga eorum
 decreta dociles exhiberent. Pariter
 Generalis Præpositus Congregationis
 S. Genovesæ, & quidam Monachi
 S. Dionysium suas appellationes revo-
 carunt: Ipse etiam Rex secretioris Se-
 natus Decreto postrema Decembris de
 Senecensis, Montpessulani, & Bolog-
 nensis Episcoporum mandata, quibus
 Mirapicensis Episcopi appellationi sub-
 scripserant, tanquam summo Pontifici
 atque Episcopis injuriosa, & Ecclesie
 paci, ac Regiæ auctoritati contraria
 suppressit, præcepitque, ut deinceps
 appellationum innovationes juxta Re-
 giam declarationem die quarta Augusti
 editam pro nullis, irritisque haberetur,
 & Provinciarum Rectores hujus
 Regii edicti executionem ubique urge-
 rent, non obstantibus, si quæ interpe-
 nerentur, appellationibus, quarum co-
 gnitionem Rex sibi soli, suoque Sena-
 tui reservavit.

§. XXV.

*Summi Pontificis judicium de inita sua
 pacificatione.*

Cum

Cum summus Pontifex non alia via, quam pura & simplici suæ Constitutionis acceptatione pacem restitui vellet, minus ei probabatur pacificatio a Franciæ Episcopis inita: accepta enim illius notitia die vigesima Augusti hæc ad Cardinales Gallos perscripsit: *Quod ad Constitutionis nostræ Unigenitus negotium attinet, magna cum animi admiratione in publicis istarum partium nuntiis inaudivimus, quædam nunc, maxime nobis prorsus insciis, pertractari, quæ nullo pacto probare, imo nec etiam tolerare aut dissimulare unquam poterimus; quamobrem non immerito veremur, ne veteri dolori nostro, nova dolendi materia suppeditetur. Paulopost Philippus Aurelianensis Dux, Regniq[ue] Administrator Regiam declarationem, Explicationes ab Episcopis approbatas, & Noaillii mandatum Romam ad summum Pontificem transmisit, eidemque insinuavit, formam quidem, qua hic Cardinalis Constitutionem acceptasset, non esse juxta usitatas Regulas, illum tamen fuisse pollicitum, quod ea, quæ Pontifex reprehensione digna censuerit, corrigere vellet. Examinatis igitur hisce scriptis Pontifex Sистерicenti Episcopo declarabat, Noaillium in præfatione ad suum mandatum Cleri Gallicani articulos Anni 1682. quodammodo innovasse,* in

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

*Lafiteau
Hist. Const.
tom. 4.
pag. 188.
lib. 5.*

Sæc. XVIII. in sua vero acceptatione Bullam
A. C. 1720. fertis verbis restrinxisse, nullumque e-
 rorem nec libro, nec proscriptis pro-
 positionibus attribuisse, nulloque verbo
 encyclicam suam epistolam ad Paro-
 chos, suam appellationem, aut Instru-
 ctionem Pastoralem revocasse, pro
 acceptatio a Cardinale facta sacræ Se-
 probari haud valeret. His a Papa a-
 ditis, Sistericensis Episcopus accepta-
 tionis formulam ac Noailii mandatum
 sibi a Regente submissum discutens,
 ne verbum quidem de restrictione qua-
 dam offendit, cumque idem Regi Ad-
 ministrator simul adjunxisset scriptum
 quoddam, in quo Sueffionensis Episco-
 pus acceptationem nullatenus esse re-
 strictivam probare nitebatur, Si-
 stericensis Episcopus idem comproba-
 tum reddere satagebat, conscripto hoc
 in rem fusiore tractatu, quem ipsi sum-
 mo Pontifici tradidit, & Parisios ad
 Abbatem Du Bois transmisit, palam
 professus, quod ipse quoque Episcopus
 explicationes approbantibus accederet,
 imo se plene Cleri Gallicani declara-
 tioni Anno 1714. factæ conformaret, &
 jamjam suam acceptationem in sua Dis-
 censi, in qua Constitutio nunquam fue-
 rat promulgata, publicam reddidisset.
 Paulopost tamen idem Episcopus non
 sine maxima admiratione competit
 quod

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

quod eodem tempore, quo mandatum Romam missum Parisiis in Typographia Regia fuerat impressum, Noaillius aliud, in quo acceptatio erat omnino restrictiva, clam imprimi curavit, nec tamen hæc fraus adeo occulta permanferit, quin non ad Pontificem utriusque hujus mandati exemplar pervenisset. De tam indigna agendi ratione Episcopus Philippum Regium Administratorem mox certiozem reddidit, qui primo vix dictis fidem adhibere poterat, postquam vero utrumque exemplar sibi traditum inter sese contulerat, Cardinalem accersiri jussit, eique facti indignitatem acrius exprobravit. Eo autem secundam hanc editionem se inscio factam asserente, Princeps ei præcepit, ut idem quantocius summo Pontifici perscriberet: cum autem ille se id nunquam facturum reponeret, Administrator ira commotior sciscitabatur, an non rupta omni mora Pontifici satisfacere paratus esset? id demum pollicente Noaillio, Sifericensis Episcopus a summo Pontifice expiscari jussus est, qua via malo remedium quæri censeret: Postea Pontifex per Patrem Bernardum Desirant Augustinianum Theologiæ Doctorem Episcopo significabat, nil opportunius sibi videri, nisi ut Regius Administrator Regem eo inclinaret, ut

Ludo-

Sæc. XVIII. Ludovici Magni epistolam circa Cleri-
 A. C. 1720. positiones de Anno 1682. ad Inno-
 tium XII. datam executioni dari jubere.
 & Cardinalem Noailium eo adigeret, ut
 ad Pontificem daret epistolam hanc
 abfimilem ab ea, quam idem Car-
 nalis jam anno hujus sæculi undecimo
 ad Sanctitatem suam dedisset. Ha-
 enim ratione ea, quæ Noailius in
 mandato pro defensione harum propo-
 sitionum scripserat, reparata, simul-
 quæ acceptationis vitia proprio epistolæ
 suæ testimonio correctæ forent, pro-
 etiam inita pacificatio tolerari posset.
 Annuit summi Pontificis voto Regis
 Princeps consummandæ pacis studi-
 osissimus, ac ipsemet Rohanius Cardinalis
 pro perficiendo hoc negotio Romanum
 venire parabat. Ast inexpectatus Pon-
 tificis obitus hujus negotiationis filum
 intercidit.

Vid. supra
t. 68. l. 215.
§. 76. p. 322.

§. XXVI.

*Noailii Cardinalis difficultas in elu-
 gienda facultate confessiones
 excipiendi.*

Dorsann.
journal. t. 2.
p. 10. & 49.

Cum Cardinalem Noailium in acci-
 ptanda Constitutione faciliorem esse
 fama spargeret, non pauci Jesuitis ad-
 dicti illum quoque a sua contra hoc
 concepta indignatione quicquam re-
 mittere

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

missarum sperabant; unde illum iteratis fatigabant precibus, ut eis ademptam confessiones excipiendi facultatem reddere vellet; hos inter præcipua erat Principissa de Carignano, quæ exeunte Mense Junio Parisios delata in conscientiæ suæ arbitrum sibi Patrem Bretonneau Jesuitam selegit, cum autem hunc Episcopali approbatione destitutum nossent, Aurelianensi Duci ac Regni Moderatori supplicabat, ut ipse ad concedendam hanc facultatem Noailium permoyeret: Hic vero Abbat, quem Dux ad eum miserat, respondit, se nulli Jesuitæ hanc facultatem committere posse, etsi ipsemet Rex pro se quempiam ex Jesuitis in Confessarium expetiturus esset; fors autem Noailius sese adeo difficilem exhibuit, ut falsum a Jesuitis sparsum dissiparet rumorem, quod inter pacificationis conditiones præcipua foret, ut Noailius proxima occasione Jesuitis Verbum Dei prædicandi, & confessiones excipiendi facultatem redderet. Ut ut autem res se habuerit, id omnino certum est, quod Cardinalis Rohanius die undecima Decembris denuo apud Noailium pro Jesuitis deprecaretur, atque inter alia exponeret, quod quidem cunctis petitam facultatem concedi ipse haud consultum crederet, in quolibet tamen Collegio

Hist. Eccles. Tom. LXX. Nn fal-

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

saltem tres vel quatuor, & quidem
 lim sibi magis probatos ab hac gratia
 non excludendos censeret: cum vero
 Noaillius Jesuitam in Regis Confessio-
 rium sensim intrudi pertimesceret, Ro-
 hanius eidem fidem fecerat, se semper
 totis viribus ejusmodi selectui oblit-
 rum; satis enim recenti memorie im-
 pressa essent mala inde Regnante Ludo-
 co XIV. exorta. Nihil tamen profecerat
 apud Noaillium, qui nullo pacto ad-
 duci potuit, ut vel ulli ex Jesuitis lo-
 ties petitam facultatem concederet.

§. XXVII.

*Responsum cujusdam Theologi ad qua-
 stionem: an non acceptans sim-
 pliciter Bullam Unigenitus
 peccet mortaliter?*

*Lettr. Di
 N. N. ad un
 Amico,*

Quamvis ferme omnes pacem Eccl-
 siæ fuisse redditam gauderent,
 nonnulli tamen profundo ac obsequioso
 silentio Constitutionis legi ac Pontificis
 decreto satisfieri, adhucdum crede-
 bant, alii vero variis cruciabantur cogi-
 sciendi angustis; non pauci etiam in
 rebus theologis omnino peregrini, ad
 disputandum tamen proclives dubita-
 bant, an ex eo, quod quis Constitutio-
 nem *Unigenitus* simpliciter non recipiat,
 mortaliter peccet? aliis id affirmantibus,

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

bus, aliis negantibus quidam Prætor natione Gallus Theologum doctrinæ fama magis, quam soliditate clarum desuper consuluit, ac illius responsum ad alium quemdam Amicum suum transmisit additis hisce literis: *Mille titulis obstrictum me profiteor, quod meæ curiositati, qua celeberrimi nostrorum Præsulorum conventus exitum nosse exoptaveram, plane satisfacere volueris. Pervolvi utriusque partis articulos, totumque fasciculum scriptorum desuper editorum, in quibus colligendis non minus tuam solertiam, quam obsequendi studium admiror: obsequium tamen mihi præstitum caro nimis pretio vendis, dum vicissim a me petis, ut hac in re meam tibi mentem judiciumque pandam. Nosti, me non esse Theologum, ut tamen meam Tibi gratitudinem exhibeam, fidenti ac sincero animo tibi, quid naturalis ratio dicat, Et quilibet homo, qui non partium studio abripitur, secundum naturale lumen judicare potest, aperiam. Mihi igitur salvo meliori iudicio, videtur, quod de diuturno hoc conventu cum Horatio dici possit: Parturiunt montes, nascitur &c. Ut ut autem sit, ni fallor, totus quæstionis cardo in hoc solo vertitur, an si Bulla non acceptetur, peccatum mortale committatur: si enim tale non committitur, tunc non acceptantibus Sacramenta negari nequeunt,*

Nn 2

Nomi-

Sæc. XVIII. *Nomine autem non acceptantium* in
 A. C. 1720. *illos, qui sine injuria, sine strepitu*

Constitutioni simpliciter submittere no-
 sant. *Si vero Bullam acceptare, pec-*
tum lethale est, tunc non acceptantes
pote gravis peccati labe coinquinati
sunt digni Sacra communione nec
Sacramentis vivorum, si id manifestum
publice notum est, ac certo sciatur, pe-
talis persistat in suo peccato. An
non acceptare sit peccatum grave, vel
decidere nequeo, ac propterea magna es-
timationis Theologum & sane in Theo-
logia versatissimum, & ut securior
quemdam Jesuitam Virum probum &
ligiosum desuper consului, qui tamen
stis de causis nomen suum nullo
manifestari vult. Hic ergo ad prop-
tam meam questionem scriptotenus
mihi transmisit responsum.

Respondeo: Bulla hæc est Judicium
 dogmaticum Universalis Ecclesie, per
 Regula fidei, ac necessario acceptantium
 quamvis id refractarii pernegent: *pe-*
 vero dijudicari possit, an illam non
 ceptare sit peccatum grave, multiplex
 opus est distinctione. Primo enim
 certum, quod ad credendum unum
 vel plura dogmata, sufficiat fides im-
 plicita, si ergo non acceptans habet
 implicitam fidem eorum dogmatum
 quæ in Constitutione possunt esse con-

tenta, talis non potest esse reus gravis **Sæc. XVIII.**
 noxæ. Eapropter noster P. Juvencius **A. C. 1720.**
 & P. Le Comte affirmant, quod Sinen-
 ses, priusquam illis fuit annuntiatum
 Evangelium, potuerint salvari per fi-
 dem implicitam, quam de universali-
 bus fidei nostræ dogmatibus habuerunt.
 Secundo, pro prævaricatore vel in-
 credulo haberi nequit ille, qui dogma
 quoddam non acceptat, si de ejus cer-
 titudine persuasus non est, sed potius
 contrarium esse verum credit: jam ergo
 non acceptantes in hoc statu versantur,
 quia ideo non acceptant, quia plene
 convicti non sunt, quod non acceptare
 sit peccatum contra fidem, cum tam
 pro una, quam pro altera parte tam
 valida Doctorum auctoritas militet, ut
 saltem utraque hæc opinio evadat pro-
 babilis, proin pœnitens tuta conscien-
 tia possit sequi opinionem, quamcun-
 que voluerit.

Nec obstat, quod quamvis Pœni-
 tens possit in duabus opinionibus pro-
 babilibus sequi eam, quæ ipsi præplacet,
 in articulo tamen mortis teneatur in ma-
 teria fidei sequi probabiliorem, uti do-
 cet noster P. Sanchez, qui de infideli-
 bus agens statuit, quod Infidelis non
 peccet, si in sua secta persistit, nec e-
 tiam teneatur in lagare, an sua secta sit
 ceteris melior, si suam esse bonam pru-
 denter

Sæc. XVIII. denter judicet: *At extra eum articulo*
A. C. 1720. *non tenetur quod adhuc prudenter cogitavit*
se posse in sua secta perseverare, tempore
rei melius indagandæ superfit. (In Pre-
cept. Decalog. l. 2. c. 1. n. 6. Tom. 1.
p. 86. edit. Lugd. 1661.) Igitur, et
 non acceptans, quamdiu sanus est, non
 peccet, si Bullam acceptare, se non esse
 obstrictum prudenter credit, in
 tamen obligatur indagare, & ea
 in articulo mortis acceptare.

Verum ad hæc respondeo, quod
 quamvis eximius hic Doctor huic opi-
 nioni accedat, noster tamen P. Calto-
 palao de Virt. & vit. Tract. IV. Disq. 1.
 punct. 12. n. 13. part. 1. pag. 258. edit.
 Lugd. 1656. non minus scientia quam
 pietate insignis statuit, quod hæreticus
 vel infidelis nequidem mortis temere
 falsam religionem suam deferre teneat-
 tur, si hæc ei videtur probabilis: *Mihi*
autem dicendum videtur, probabilius esse
unquam tempore obligatum esse amplecti fidem
propositam intra terminos tantum probabilem.
Sed necessarium esse proponi tanquam et-
denter credibilem, ut tenearis illam am-
plecti. Jam vero dubitari nequit, quod
 Bullæ acceptatio, quam tot graves Do-
 ctiores impugnarunt, ac etiamnum im-
 pugnant, non possit proponi, nisi
 intra terminos tantum probabiles: Ergo
 hæc distinctio, vi cuius juxta Sanchez

qui solus hanc sententiam tenet, quis Sæc. XVIII.
in articulo mortis teneretur, non sub- A. C. 1720.
sistit, prout idem P. Castropalao ibidem
doctissime concludit: *Hæ rationes [meo
judicio æqualiter probant de articulo mor-
tis, ac de reliquo tempore, ideo nullus ex
Doctoribus citatis, præter Sanchez hanc
distinctionem fecit, & paulopost n. 14.
Est probabile Infideli veram Religionem ha-
bere, licet probabilius sit oppositum, non vi-
detur obligandus deserere errorem, & P.
Herardus Bilius in tract. de fide ait,
quod Juvenis in suorum Parentum hæ-
resi educatus ex eadem ratione non pec-
cet, donec rationibus convincentibus
ei demonstratur, quod ejus secta non
sit probabilis, ac propterea multæ fi-
liæ ante vigesimum ætatis annum pro
hæreticis haberi nequeant: consonat
his doctrina nostri P. Terilli, cujus au-
toritas haud levis est; hic in suo libro
de Regula morum p. 2. q. 64. fol. 245.
col. 1. n. 59. de hæreticis in Anglia,
ubi Missionarium egit, a se cognitis
ait: *Nec desunt plurimi in sua secta valde
religiosi, qui juxta instructionem, quam ha-
bent, Deo servire satagunt. Hi certe hæ-
retici non sunt, nec unquam fidem in Ba-
ptismo acceptam perdidērunt. Insuper no-
ster P. Platellius Duacensis Professor
Theologiæ propugnat, quod hæreti-
cus, qui a pueritia sua absque ullo du-**

Sæc XVIII. b. o religionem suam ceteris verissimam esse judicavit, non teneatur credere in
 A. C. 1720. stræ Religionis mysteria, ac imprudenter operaretur, si ea crederet, in
 Commercio Catholicorum, quia eo pro seductoribus habet, fugere tenetur. Idem quoque Author in ipsius hoc cursus Theologici compendio p. c. 1. §. 2. n. 61. fol. 41. edit. Col. 1. cum nostro P. Tannero & aliis asserit quod si homini simplici ac rudi fides hæretica cum motivis & rationibus validioribus a magnæ auctoritatis hominibus proponatur, prudenter Catholicam fidem deserere posset: *Hinc Tannerus, & alii ajunt, non magis repugnare, scilicet rudem & ignarum, casu, quo etiam viros magnæ auctoritatis proponantur, tiva credibilitatis juxta ejus captum efficitur, ciora pro fide hæretica, quam pro Catholica, prudenter & meritorie Catholicam deserere, & hæreticam amplecti, quam ipsum ex conscientia &c.*

Non equidem hanc doctrinam ad casum nostrum de non acceptantibus applicare adlaboro, cum illæ rationes adeo evidentes sint, ut primo obtutu comprehendantur, & omnes id in casibus incomparabiliter magis urgentibus quam est casus noster, probent, ut quod agant de infidelibus & hæreticis certis & declaratis ut talibus, nec

non de religione, de qua nulla omnino Sæc. XVIII.
est controversia. A. C. 1720.

Nec opponi potest, verum quidem esse, quod in casibus, quos hi Doctores adduxerunt, infideles & hæretici non peccent, utpote propter eorum ignorantiam excusati; ast non acceptantes hanc rationem allegare non posse, eoquod eorum ignorantia sit affectata, proin inexcusabilis.

Verum adversus hæc noster Matthæus Stoks in suo aureo libro, cui titulus: Tribunal Pœnitentiæ l. 1. p. 3. q. 3. a. 1. §. 1. col. 1. n. 120. constanter asserit, quod etiam ignorantia affectata (non dico in præsentis dubio) sed etiam ubi agitur de hæresi formali & certa a peccato excuset: *Ab hæresi incurrenda excusat quævis ignorantia etiam affectata.*

Graviorem difficultatem præferet, si opponatur, quod quando Ecclesia loquitur, & Papa definivit, tunc omnes humanæ rationes, omnes auctoritates & omnia exempla hucusque adducta cedere debeant, cum ergo in casu præsentis Ecclesia sit locuta, & Pontifex definierit, Refractarii sunt peccati mortalis rei, nulloque pacto excusari possunt.

Attamen respondetur, quod si illi, qui Bullam acceptare renuunt, non

Nn 5

cre-

Sæc. XVIII. credunt, Ecclesiam fuisse locutam, & A. C. 1720. Papam esse infallibilem, & fundantur in rationibus probabilibus, & in auctoritate Doctorum gravium magnæque existimationis, tunc poterit esse, quod sequantur opinionem non probabilem, sed probabilem, & in hoc casu non peccabunt, juxta universalissimam doctrinam nostrorum Patrum, & ferme omnium aliorum aut saltem potissimum Moralistarum partem, proinde non peccabunt. Ita P. Escobar Tom. I. lib. 1. sect. 1. cap. 2. p. 32. col. 2. n. 14. Edit. Lug. 1652. *Absque peccato possumus opinionem probabilem sequi, probabiliori tutiore relicta.*

Dato etiam, quod Ecclesia sit locuta, prout ego post universalem Episcoporum acceptationem pro certo habeo, non tamen negari potest, quod multæ controversiæ circa hoc ipsum punctum fuerint motæ, & adhuc dubium sit, an Ecclesiæ acceptatio sit æque valida, quando Ecclesia est unita ac quando est dispersa, & qualiter acceptatio in primo, & qualiter in secundo casu fieri debeat. Controversum adhuc est, an acceptatio debeat esse unanimis, & in eodem sensu, an debeat accedere examen, vel non, & multæ aliæ quæstiones, circa quas scriptum est pro & contra. Præterea multi Episcopi

scopi palam contra Constitutionem sese Sæc. XVIII.
 declararunt, & multæ Communitates sa- A. C. 1720.
 tis spectatæ, integræ Religiosorum fa-
 miliæ, & magno numero Ecclesiastici
 ex secundo Ordine repugnarunt. Inter
 Episcopos præsentés non pauci sunt,
 qui non tenent, esse peccatum mortale,
 si non acceptetur Bulla, aut non ac-
 ceptantes esse arcendos a Sacramentis.
 Dentque in non paucis Diæcesibus non
 denegantur sacramenta, & quandoque
 distribuuntur ea in iisdem Diæcesibus,
 quarum Episcopi credunt & propugnant
 sacramenta esse deneganda: exinde au-
 tem non acceptantium opinio redditur
 adeo probabilis, ut fors dici posset proba-
 bilior, aut saltem æque probabilis, quia
 certo certius est, quod *auctoritas unius Do-*
ctoris periti, & timoratæ conscientiæ sufficiat,
ut probandam reputem opinionem, ut tenet
idem P. Escobar T. 1. l. 2. sect. 1. c. 2. n. 12.
p. 32. edit. Lugd. 1652. & ante ipsum
Filliuccius tom. 2. tract. 21. c. 4. n. 134.
p. 11. col. 2. edit. Lugd. 1633. Infertur
secundo, unius Doctoris probi & docti au-
toritatem reddere opinionem probabilem,
quia non leve fundamentum est ejus aucto-
ritas. Præter plurimos alios, quos
 brevitatis causa prætermitto, adden-
 dus est P. Terillus in sua Regula mo-
 rum p. 1. q. 2. Assert. 2. pag. 12. edit.
 Lugd. 1678. *universaliter licitum est, ait*
 ille,

Sæc. XVIII. ille, *sequi quamcunque opinionem dicitur*
A. C. 1720. minus probabilem, minusque tutam etiam
in sensu composito, quod opposita sit, &
credatur probabilior ac tutior.

„Quod autem Papa definierit, quod
 „Papa sit infallibilis, apud Gallos non
 „est certum imo tota Ecclesia Gallicana
 „palam propugnat contrarium, & P
 „pam esse infallibilem, de fide non e
 „etiam Romæ fuit typis vulgatum.

„Si vero opponant alii, quod tota
 „hæc doctrina subsistat, si agatur de
 „diversitate opinionum duntaxat in ma
 „teria morum, non autem quando di
 „versitas est in rebus fidei, Bullam
 „autem acceptare vel non acceptare sit
 „materia fidei.

„Ad hæc enim respondet idem P
 „Terillus p. 1. q. 2. assert. 2. pag. 1
 „col. 2. n. 35. quod etiam *in materia*
dei liceat amplecti partem minus tutam
tutiori relicta, ergo idem licebit in ma
teria morum. Idipsum affirmat notat
 „P. Extrix Lovaniensis in sua Diatriba
 „Theologica, ac præ ceteris P. Gobat
 „tom. 1. tract. 7. n. 619. p. 810. edit.
 „Monach. 1681. refert, quod Mercator
 „Lutheranus in articulo mortis vocat
 „jusserit suæ sectæ Pastorem, famulus
 „vero eidem adduxerit Sacerdotem Ca
 „tholicum, qui primo quasdam præ
 „claras Lutheri dotes extulit, & postea
 „mori

„moribundum in rebus nostræ Religio- Sæc. XVIII.
 „nis instruxit: moribundus autem se A. C. 1720.
 „suam confessionem Lutherano Prædi-
 „canti exposuisse credidit, quo non ob-
 „stante Sacerdos ipsum absolvit, eique
 „Sacrum Viaticum præbuit. Id ap-
 „probat P. Gobat, & alios ejusmodi
 „casus profert. Id ipsum affirmat &
 „suadet P. La Croix, cujus Theologia
 „in omnium manibus versatur. Ex om-
 „nibus hisce ex abundanti colligitur,
 „quod non acceptans Bullam non pos-
 „sit privari Sacramentis, imo nec mor-
 „taliter nec venialiter peccet. Possent
 „adhuc in immensum me diffundere sed
 „sapienti pauca, unde subscribor &c. „

An hoc judicium cum decreto In-
 nocentii XI. 2. Mart. 1679. & Alexan-
 dri VIII. 7. Decembr. 1690. & Bene-
 dicti XIV. Brevi Apostolico: *Ex omni-*
bus die 13. Decembris Anno 1756. con-
sonet, aliorum relinquimus judicio.

§. XXVIII.

Carolus Mediobarbus Apostolicus Le-
gatus Et Visitator Macaoum
appulsus.

Interim Carolus Ambrosius Mediobar- *Du Halde*
 bus Patriarcha Alexandrinus, quem *Hist. Sin.*
 Clemens XI. Legatum Apostolicum ad *Imp. t. 3.*
 Sinense Imperium anno priori ablega- *Secl. I.*
 verat, *§. 282.*
pag. 154.

Sæc. XVIII. verat, Ulyssiponem advenit, ubi a Jo-
 A. C. 1720. ne IV. Lusitano Rege singularibus ho-
 norum significationibus exceptus inte-
 gro bimestri ac quinque diebus in Aula
 substitit. Inde vero die vigesima quinta
 Martii inter festivas tormentorum ex-
 plosiones portu solvens, post fædas tem-
 pestates, aerisque injurias, variamque
 incommoda generoso animo tolerans
 tandem die vigesima quarta Septembris
 cum navi sua ad Macaonensem portum
 successit, ventorum tamen furore in ter-
 ram descendere prohibitus, literas a Ma-
 caonensi Episcopo, Governatore & Sen-
 natu recepit, quibus faustum eidem
 gratulantes adventum significabant.
 Sabinum Marini, & Andream Candela
 a priori Governatore violenter Macao
 Maderaspatanum fuisse raptatos, &
 Provanam in portu Promontorii bonæ
 spei mortuum, PP. Cæsatum & Ferre-
 rium Barnabitas non ita pridem in Can-
 tonensi portu appulso cum Papæ literis
 ad Aulam processisse, & Cantonem PP.
 Calchi & Alexandrinum pariter Bar-
 nabitas Cantonem non ita pridem ve-
 nisse. Die vigesima sexta ejusdem Mensis
 Senatus Macaonensis Deputatos able-
 gabat, qui Legatum, obviam proceden-
 tibus Governatore & Senatu, ex navi
 ad splendidum palatium inter longos
 militum ordines medium conduxerunt:
 postea

*Legat. della
 China p. 3.
 & seqq.*

postea Legatus Patriarcha sub throno Sæc. XVIII.
 confidens, honorifica gratulationum A. C. 1720.
 officia excepit; accesserat quoque P.
 Josephus Monteiro Provincialis Jesui-
 tarum Japonensis Provinciæ, a quo Le-
 gatus statum suæ Ecclesiæ, Collegii &
 Seminarii referri petiit. Hic ergo
 altera die veniam rogabat, eo quod
 in sua Ecclesia licet interdicta functio-
 nes sacras peregerit, ac peragi permiserit,
 petiit autem, ut ipse a censuris, ejus vero
 Ecclesia a Pontificio interdicto solveretur.
 Annuit Legatus, postquam idem Pater,
 ac P. Pintogia itidem Provincialis jura-
 mentum a Pontifice præscriptum circa
 Ritus præstiterunt, & de eodem jure-
 jurando ab eorum subditis exsoluto au-
 thenticum attulerunt testimonium. Vid. supra
 dem adhuc die Macaonensis Episcopus, t. 67. p. 542.
 necnon Antonius Soura de Gayo Cen-
 turio, qui Cardinalem Turnonium o-
 lim captivum detinuerant, pariter ab
 excommunicatione liberati sunt. Se-
 quentibus vero diebus idem Legatus
 a Senatu, Capitulo, variisque Reli-
 giosorum Superioribus salutabatur, die
 autem trigesima Urbis Procurator Le-
 gato literas Præfecti utriusque Provin-
 ciæ *Quam - Jung* & *Quam - Sii* defere-
 bat, quibus significatum, quod Tagin
 seu Imperatoris Orator Cantone agens,
 proxime ad Aulam profecturus sit, proin
 Lega-

Sæc. XVIII. Legatus cum ipso Peckinum venire p
 A. C. 1720 set, indicaret itaque, quando, qua
 casione, & quot navibus Cantonem
 proficisci vellet: ad hæc respondit
 Patriarcha, quod cum Imperiali
 Oratore Cantonem, quam primum
 posset, beneficio aquæ proficisci desi
 raret. Die autem secunda Octobris
 tium erat, quinque Mandarinos, qui
 Legatum salutarent, Macaoum adve
 tasse, eapropter Legatus cum Ur
 Procuratore & P. Auriano Jesuita
 modo & ritu hosce Mandarinos exci
 piendi conferebat: accesserant oppor
 tune Pater Ceru sacræ Congregationis
 Procurator, PP. Milier & Dubadori Je
 suitæ, qui cum ceteris suadebant,
 Legatus sub Baldachino pallium Pa
 triarchale & rochetum indutus Man
 darinos exciperet. Hi paulopost Pa
 latium ingressi, atque ad alloquium
 admissi, exponebant, se venisse,
 suorum Principum nomine faustum
 dem adventum gratularentur, ac
 tiores fierent, quando Legatus Cant
 nem venire desideraret, quot itinera
 comites, quotque pro Imperatoris ob
 sequio destinatos secum ferret, & qu
 literas a summo Pontifice ad Impera
 torem haberet: Ad hæc ergo Legatus
 reposuit, se die septima ejusdem Me
 sis Cantonem profecturum, literasque

Pontificis, sigillo tamen adhuc clausas deferre; mox etiam nomina suorum comitum, necnon ad Imperatoris fervitium destinatorum, eorumque artes dotesque eisdem explicabat. His abeuntibus Patriarcha Ecclesiam Cathedrali accedens, atque ab Episcopo solito ritu ac cum cantu exceptus, ante Aram genuflexus cantato Hymno Ambrosiano adstetit, quo absoluto comitantibus eum Canonicis ad Ecclesiam PP. Jesuitarum ad S. Paulum processit, ibidemque pro more decantata Antiphona: *Ecce Sacerdos magnus*, brachium S. Francisci Xaverii venerabundo osculo honoravit, ubique Urbis sumptibus cum summo decore habitus, & a Jesuitis lauto convivio in Insula viridi exceptus.

§. XXIX.

Idem Patriarcha Cantonem profectus.

Die ergo septima Octobris Legatus *Du Halde* honorifico comitatu stipatus *Lusi-l. c. p. 154.* tanam navim conscendit Cantonem profecturus, die nona ejusdem Mensis secundo vento, cum Hiangkam Provincie littus raderet, Zumtù Cantonensis Præfectus navim ad ejus obsequium obviam misit, insuper Pater Joannes

Hist. Eccles. Tom. LXX. O o Lau-

Sæc. XVIII. Laureati Japonis & Sinarum Visitator
 A. C. 1720. Jesuita, necnon P. Fernandez Commissarius
 Provincialis Franciscanorum, & P. Palazzo Vicarius Provincialis
 Augustinianorum, pluresque alii diversorum Ordinum Missionarii alia
 vestri Legato sua obtulerunt obsequia inter eos P. Laureati, cum solus
 Legato in navi ageret, eidem scriptam schedam tradidit hujus tenoris: Ego
 Joannes Laureati Societatis Jesu avertendam omnem suspicionem
 coram Deo, qui intuetur cor meum, me neque directe, neque
 indirecte, neque per me neque per alios ullo modo impediturum
 jussa sanctissimi Domini Nostri Clementis Divina Providentia
 Papæ XI. Circa ritus Sinicos. In quantum in me est sincere &
 libenter eadem executurum & promoturum, & ab aliis admittantur,
 & pro viribus adjuturum strenue & efficaciter ad id Sinas
 Missum illustrissimum D. Carolum Ambrosium Mezzabarbum
 Legatum auctore ejusdem sanctissimi Domini Nostri sic libens &
 non requisitus spondeo & juro: sic me Deus adjuvet, hæc
 sancta Dei Evangelia, Joan. Laureati Societatis Jesu Visitator
 Japonis & Sinarum.

Ea, quæ in hac scheda calamo expressa, P. Laureati se ore & calamo

confirmare ajebat, utque suis verbis si- Sæc. XVIII.
dem faceret, Legato author exstitit, A. C. 1720.
ut sive a Mandarinis sive ab Imperatore
quacunque in occasione interrogaretur,
cuncta a Cardinale Tournonio in Sinis
acta reprobaret, hacque ratione prospe-
rum legationis successum sibi polliceri
posset, secus vero nec suum finem con-
sequi, nec summi Pontificis voto ac
desideriis satisfacere valeret. Ad hæc
attonitus hærens Legatus, reposuit:
dum cuncta, quæ Sacra Sedes ap-
probavit, rejici suades, quomodo *jussa*
Pontificis circa ritus Sinicos te execu-
tutum, jurare potuisti? Hos sermones
alii Legatum invisentes interrupere.
Tandem vero Mediobarbus Patriarcha
die duodecima Octobris Cantonem per-
venit, atque ad amplissimam sacræ Con-
gregationis domum unacum Missiona-
riis, quos secum duxerat, se contulit:
mox autem P. Laureati Tagin Impera-
toris Oratorem, Zumtù & Pro - Regem
de Legati adventu certiores reddidit,
cum vero Pro - Rex utpote Zumtu
insensissimus Patrem admittere renue-
ret, hic ante ejus januam scriptum
reliquit, in quo adventus sui causam in-
dicavit, moxque ad Patriarcham rever-
sus, Tagin & Zumtù nomine gratulatio-
nis officium exsolvit, tempusque, quo Le-
gatus Peckinum contendere meditaretur,

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

tur, expiscatus est, Legato autem respondente quod Aulam protinus accedere desideraret, Zumtù Viris ad Imperatoris obsequium destinatis certam pecuniarum summam distribui iussit, ipsaque Legati adventum Imperatori significavit: Interim Pater Laureati, ut commissis fidei constantiam adderet, nihil non movit lapidem, ut Tsong-tai Mandarinum eo inclinaret, quatenus Legatum, nondum obtento Imperatoris mandato, Peckinum adduci curaret huncque in finem Mandarino exposcit, Legatum, quæ ad Cæsarem periret, nonnisi fausta habere, secumque splendida deferre munera nomine Pontificis Imperatori offerenda. Quantum verum intempestivum atque operosum hoc Petris Laureati officium Legationis discessui nocuerit, postmodum referemus.

Sequenti autem die Pro-Rex Petrum Ceru Congregationis de Propaganda Missionarium per quemdam Mandarinum ex ipsius Legati cubiculo anteriore captum abduci iussit, sub frivolo obtentu, quod ipse Pro-Regem de Patriarchæ adventum certiore reddidisset, re tamen ipsa, quod odiosum foveret in Legatum, necnon in Zanquocum hic Pater sermones de Legati discessu contulisset: Enimvero Pater Laureati ad vindicandam hanc in-

riam S. Congregationis Ministro illatam ^{Sæc. XVIII.}
 Legatum incitabat, suggerens, ut se ^{A. C. 1720.}
 nulla mora, ni Prorex satisfactorius es-
 set, in Europam reversurum minitaretur: ast Legatus, cui munus sibi a Papa
 demandatum exequi, magis cordi erat, Patri Laureati injunxit, ut de injuria
 non modo huic Missionario, sed Pontifici, imo ipsimet Imperatori illata
 duntaxat apud Zumtù quereretur. Hic quoque rem Tagin seu Imperatoris Ora-
 tori apud Pro - Regem pransuro commendabat, sed incassum; Pro-Rex enim
 Patrem Ceru apud Governatorem in custodia ulterius detineri jussit, cumque
 hic Pater objectum sibi crimen plene diluisset, ostendendo, quod Pro - Rex
 de Legati adventu per Patrem Laureati, quia eum ab alloquio repulisset,
 saltem scriptotenus certior factus fuisset, hinc Pro - Rex quæsitæ aliæ indi-
 gnationis causæ obtendebat, quod Patris Ceru impulsu Mandarinum a Legato
 Macaoi debito ritu non fuissent excepti. Ex hoc ipso autem prætextuum incon-
 stantia Legatus probe cognovit, quod Pro - Rex in solum Patrem Ceru pri-
 vatum suum odium exerere intendat, secus enim ceteros tres Jesuitas, ac
 præcipue P. Aurianum, qui congruum Mandarinorum hosce recipiendi ritum dicta-
 verant, pari supplicio afficere debuisset:

Sæc. XVIII. quapropter insidias a Patre Josepho Periera intimo Pro-Regis amico structas latere suspicatus Pater Laureti injuriam ut præfatum Patrem Cantonem venire juberet; obtendebat enim Pater Laureti quod ipsum paucis ante diebus ad suam Ecclesiam Foxanensem emisisset. Sequenti mox die P. Periera, qui occurrens in Cantonensi urbe morabatur, Legatum accessit, atque ab eo objurgatum omnia sacra, profanaque contestabatur ac jurans dejeransque fidem suam, omnemque obedientiam ac submissionem erga Sacram Sedem, ipsumque Legatum, affirmabat etiam, in se nullam injuriam latæ culpam conferri posse, nulli tamen parciturum labori, ut Pro-Rex captivum Missionarium libertati reddi juberet. Enimvero Pater Ceru paulo post domum reverti permissus, exposuit, sibi culpam neglectus Mandarinis exhibitam a Governatore fuisse exprobatum, se vero respondisse, quod ipse dumtaxat unam PP. Miliero, & Dubbadorio ea commisit, quæ Pater Aurianus & Prefector Macaonensis jam antea circumscriptum decreverant.

§. XXX.

Varie molestie Apostolico Legato irrogata.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Die decima quinta ejusdem Mensis
 Mediobarbus Patriarcha Tagin seu
 Cæsareum Oratorem unacum P Lau-
 reati, Fernandez & Pereira Jesuitis,
 Patre Ceru, & Patre Palazzo Augu-
 stinianorum Provinciali visum ibat:
 Præmissis utrinque humanitatis officiis
 Tagin Orator Legatum de diversis ejus
 legationem attinentibus interrogabat,
 cui tamen hic respondit, consultius sibi
 videri, ut ea, quæ scire averet, scri-
 ptotenus consignaret: consilium Oratori
 placuit, qui absente Legato Patribus Pe-
 reiara & Fernandez amicis suis dun-
 taxat quatuor vel quinque verba ad
 aures submissa voce loquebatur: Hi
 vero ad Legatum reversi, se a Tagin
 quæsitâ eidem proponenda percepisse
 referebant, eaque scripta Legato tra-
 diderunt, quibus perlectis Legatus, cum
 nil nisi convitia male consuta contra
 Cardinalem Tournonium contineri cer-
 neret, chartam in frustra discerpsit, hos-
 que Patres acri lixivio depexuit. His
 ita dimissis, Tagin Orator vespere ejus-
 dem diei quinque quæsitâ ab iis, quæ
 præfati Patres mane proposuerant,
 diversa transmisit, ad quæ Legatus vi-
 cissim, uti convenerat, scriptotenus re-
 spondit hunc in modum.

*Vianni Le-
 gat. della
 Chin. p. 20.*

Qo 4

Quæ-

Sæc. XVIII. Quæritur I. Qua de causa summus Pontifex misit in hoc imperium Excellentiam tuam?

II. Haberetne aliud verbum pro summo Pontifice ad Majestatem Imperatoris?

III. Tempore transacto venit Excellentissimus de Tournon & disputationem habuit super aliquam doctrinam. Idem fecitne hoc Marte proprio? Summus Pontifex eratne conscius, non?

IV. Anno 45. Majestatis sue ad ipso missi fuerunt ad summum Pontificem RR. PP. Barros & Beauliers & nullum venit responsum. Insuper Anno 47. ejusdem M. S. missi fuerunt RR. PP. Raymundus & Provana, nec post eorum discessum spatio X. annorum amplius ulla apparuit responsio, tumtummodo hoc anno dictum fuit, quod R. P. Provana propter infirmitates motus sit prope Indias.

Præter hæc habetne quid aliud E. V. R. ad primum, summus Pontifex imprimis me misit, ut reverenter inquirerem de incolumitate Imperatoris, & cum omni veneratione gratias agerem pro innumeris beneficiis collatis Ecclesiis, Missionariis & sanctæ Legationi.

Ad secundum, habeo Breve Pontificium clausum sigillatum, tradendum Imperatori.

Ad tertium, quæ egit Cardinalis Sæc. XVIII.
de Tournon circa sanctam legem probe A. C. 1720.
scivit summus Pontifex, a quo vere mis-
sus fuit.

Ad quartum, non venit responsum,
quia PP. Barros & Beauliers perierunt
in Mari, antequam in Europam perve-
nirent, similiter P. Raymundus mor-
tuus est in Regno Hispanico, P. vero
Josephus Provana, quia non habe-
bat diploma Imperatoris, nullam inve-
nit fidem, sed postquam pervenit Hun-
gias, exceptus est cum magno honore
a summo Pontifice, qui tamen pruden-
tissime timens, quod idem Pater per-
venire non posset ad Sinas propter mul-
tas suas infirmitates, juxta communem
sententiam Medicorum, sicut revera mor-
tuus est in itinere, nullum dedit re-
sponsum Imperatori tradendum. Verum
cum summus Pontifex magni faceret
eximias virtutes, Majestatemque Im-
peratoris, ac desideraret ostendere gra-
tum suum animum de multis Beneficiis,
quæ confert Ecclesiis, & Missionariis,
me mittere statuit.

Ad quintum, debeo humiles preces
porrigere Imperatori, ut permittat mihi
frequenter posse certiolem facere sum-
mum Pontificem de incolumitate M. S.
habeo aliqua munera nomine summi
Pontificis offerenda Imperatori, debeo

Sæc. XVIII. etiam humiliter rogare Imperatorem
A. C. 1720. pro aliquibus gratiis in bonum nostræ
 Religionis nomine summi Pontificis.

Instabant importune atque iteratis
 PP. Laureati & Pereira, ut Metioban-
 bus in tertio responso cuncta a Car-
 nale Tournonio gesta reprobaret. Ipse
 ipsum quoque Pater Laureatus, quæ-
 diu Legatus in Cantone morabatur.
 P. Pereira in itinere Peckinum verum
 ad nauseam usque insinuabant.

Has Legati responsiones a Jesuita
 Sinice redditas Tagin Orator attentè
 perlegerat, & clariorem adhuc respo-
 sionem a Legato petiit, & primo quæ-
 situm super tertio quæsito, ad quod Le-
 gatus respondit: Nescio, an Eminen-
 tissimus de Tournon disputaverit, nec
 probe autem scio, quod idem vere fuerit
 missus a summo Pontifice, & quod de
 qua decreverit circa puritatem nostræ
 sanctæ doctrinæ, quæ fuerunt appro-
 bata a summo Pontifice.

Secundo. Super quinto responso in-
 terrogavit, quænam essent, pro quibus
 debebat rogare Imperatorem in bonum
 Religionis Christianæ.

Responsio. Multa possunt indices con-
 tingerè spectantia ad bonum Religio-
 nis Christianæ atque ideo non possunt
 nunc determinare. Certo autem roga-
 turus sum Imperatorem, ut permit-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

me exercere partes Superioris in Missione, & ut jubeat Mandarinos, & locorum præfidentes, ut relinquunt Ecclesias & Missionarios sine offensione & impedimentis.

Tertio. Interrogavit, quanto tempore Legatus erat permansurus in Sinis, *Responsio* summus Pontifex non determinavit.

Quarto. Qua de causa?

Responsio. Puto, quod velit prius videre an & quomodo inveniam gratiam in conspectu Imperatoris.

Hiscæ responsis Orator sibi satisfactum ostendit, petiitque a Legato Apostolico, quandonam Peckinum venire sibi luberet, quo prompti discessus desiderium monstrante Orator spondit, quod si secum Patriarcha iter instituere vellet, ubique omni honore excipiendus esset: unde mutuo consensu dies vigesima Octobris discessui præfixus est. His ita dispositis P. Pereira præsentibus cunctis Oratori retulit, quod post Legati adventum omnes Missionarii plenam eidem obedientiam se præstituros, unanimi sensu ac voto testati essent, & Lusitanæ Rex, cujus opera Legatus Sinas venisset, idem Missionariis præcepisset, declarans, quod Rex honorem æque ac injuriam huic Legato deferendam reputaret velut sibimetipsi delatam,

Sæc. XVIII. latam. Ad hæc Orator quidem nihil
 A. C. 1720. reposuit, monuit tamen Legatum, ut
 sibi in hoc itinere de fideli prospiceret
 Interprete, ne ex sinistro verborum in-
 tellectu magna nascantur absurda, quibus
 dictis Orator Legatum valere
 fit, missoque nuntio Imperatorem
 hucusque actis certiolem reddidit; Legatus
 vero literas adventus sui nuntio
 ad Imperatorem adjunxit, necnon
 eligendis itineris sui sociis agere ce-
 pit; cum autem Pro - Rex & Orator
 Patrem Ceru, utpote Legato fidelis-
 mum omnino excluderent, nec etiam
 Patrem Laureati, eoquod importunus
 apud Legatum Interpretis vices agere
 petiisset, admitterent, hinc Patriarcha
 ad duram, ut Patrem Pereiram cum Orator
 tore & Pro - Rege conspirantem se-
 geret, necessitatem se redactum vult.
 Patrem vero Laureati præmisit, eide-
 que literas ad Pedrinum & Ripam
 necnon ad Peckinenses Societatis So-
 periores consignavit, eos hortatus, ut
 suas vires & consilia sibi jungerent, sibi
 que, qua apud Imperatorem valeret
 auctoritate & gratia Verbum Dei præ-
 dicandi libertatem ac religionem Ca-
 tholicam in sua puritate & juxta Apo-
 stolica decreta observandi licentiam ob-
 tinere satagerent. Ipsemet Pater Lau-
 reati Mediobarbo Patriarchæ suam
 mo-

monstravit epistolam, qua Peckinenses Sæc. XVIII.
 Jesuitas monuit, ut tandem summi Pon- A. C. 1720.
 tificis jussis obtemperarent, & Impe-
 ratoris cor in Missionis beneficium e-
 moliri conarentur.

§. XXXI.

*Prosperum iter Mediobarbi Legati
 Apostolici Peckinum versus.*

Præstituta igitur die pro futuro itinere *Halde Hist.*
 Peckinum versus magna navis in- *Sin. tom. 3.*
 struebatur; erigebatur in ejus malo ve- *Seff. 1.*
 xillum flavi coloris, cui grandiusculis *S. 282. p. 154.*
 literis intexta legebantur hæc verba:
Ex magno Occidente Legatus ad Impera-
torem venit. Sequenti die Legatus portu
 solvit, comitantibus eum Imperatoris
 Oratore, Mandarinis, aliisque Manda-
 rini *Zuntu* & Pro-Regis famulis, qui
 cunctas itineris impensas præstare jussi
 erant. Jam per novem dies mare ple-
 rumque inclementius Legato cum om-
 nium admiratione secundissimum divino
 favore cursum indulsit, unde tanquam
 per otium & non per laborem atque pe-
 riculum velis ac ventis mire colluden-
 tibus ad urbem *Kieng Heu* die septima
 Novembris appulsus est, continuato e-
 tiam itinere die decima tertia ejusdem
 Mensis in portum *Can Ceu* invehebatur,
 ubi in terram exscensione facta ad
 PP.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

PP. Jesuitarum Collegium divertit, et
 que a Patre Cossa Superiore laute ex-
 ceptus, altera die plures Urbes tran-
 currit, ubique dispositis ad oram fle-
 minum longa serie militibus, & Præ-
 fectorum salutationibus, aliisque læti-
 tæ significationibus præclare hono-
 rus. Tam fausta navigationis prin-
 cipia nil aliud nisi prosperrimum Lega-
 tionis successum prælagire videbantur.
 Postquam vero ad *Kan Can* Provinciam
Kan Sii Metropolin pervenerat, die vi-
 gesima quinta Novembris ad Mandari-
 num *Tsong tou*, qui Legatum ex im-
 pulsu Patris Laureati Peckinum, neque-
 dem expectato Imperatoris mandato,
 venire rogabat, Imperatoris literæ de-
 feruntur, quibus apertis Mandariis
 velut fulmine tactus comperit, Impe-
 ratorem inhibere, ne Legatum ad *Ae-
 lam* accedere permetteret, nisi prius
 hic Legationis suæ causas aperuisset.
 vespere insuper ejusdem die alius Man-
 darinus ab Imperatore missus Orator
 Sinico quasdam quæstiones, ad quas
 Legatus responderet, tradidit; mox
 ergo Orator Patrem Pereira accep-
 sens, eidem scriptas hæc consignavit
 interrogationes, latine reddendas, nul-
 laque mora Legato tradendas: Hic
 vero ad illas ita respondit.

Intro-

Interrogatio Prima: Antequam per-
venires, pervenerant duo Europæi ap-
pellati PP. Cæsati & Ferrarii, qui de-
tulerunt Epistolam Pontificis. Inter-
rogati de caussa adventus, mihi respon-
derunt. Interrogati pariter circa ne-
gotium Mandati Imperatoris, quod secum
tulit Pater Provana, dixerunt, quod
summus Pontifex statim post illos mis-
surus esset Legatum, qui responderet
Imperatori pro P. Provana.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Responsio. Dixi in aliis meis Respon-
sionibus, quod summus Pontifex valde
dubitabat, dictum Patrem non posse
pervenire ad Sinas, propter suas
infirmities & ideo ipsi Patri Provanæ
nullum dedit responsum circa Mandata
Imperatoris, maxime, quia etiam sum-
mus Pontifex desiderabat demonstrare
animum suum gratum erga Imperato-
rem cum expeditionibus sui Legati, &
aliorum Patrum variarum artium peri-
torum, quapropter me misit cum Brevi
suo ad hunc potentissimum Impera-
torem.

Secunda Interrogatio. Annis præte-
ritis venerunt ab Europa isti tres ho-
mines, Fabri, Pedrini & Ripa, qui se
dixerunt Legatos a summo Pontifice.
Imperator annis præteritis illos optime
habuit, Fabri infirmitate decessit, Pe-
drini & Ripa ex eorum agendi modo
non

Sæc. XVIII non videntur homines Legati a Pontifice, isti homines missi fuerunt Legati a Pontifice, nec ne?

Responsio. Fabri, Pedrini & Ruffini revera missi fuerunt a summo Pontifice quia sciebat imperatorem delectari hominibus artium peritis, sed illos non misit tanquam Legatos ad aliquod negotium, & certe summo Pontifici tantum displiceret, si eorum agendi modus non congrueret, & suæ æstimationi quam habet pro Imperatore & Beneficiis, quæ ipsemet Imperator dignus est conferre istis PP. Pedrino & Ruffino.

Tertia Interrogatio. Anno Imperatoris 55. pervenit ad Metropolim Provincie Kam Junc Constitutio prohibitiva, sed de ista Constitutione dubitabatur, Imperator misit hunc Praeceptorum. Ista Constitutio estne vera vel falsa?

Responsio. Summus Pontifex non expedivit Constitutionem in Sinas ad Europæos, an vero ista, de qua interrogor, sit eadem quam summus Pontifex expedivit, statim ac videro, cognoscendam, an sit vera vel falsa.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720

§. XXXII.

Epistola Pedrini Missionarii ad Patrem Ceru Congregationis de Propaganda Ministrum.

Hæc responsa latine reddita Tagin *Vian. l. c.*
seu Sinensi Oratori tradebantur, pag. 38.

ad imperatorem transmittenda: eadem vero occasione Tagin Legato exposuit, quod pro eo Palatium adornaturus, ad Aulam prior properaret, gratumque sibi foret, si ipse transumptum Epistolæ Pontificiæ ad Imperatorem secum deferre posset: Verum id concedere renuit Legatus, veritus, ne, si illæ literæ in manus Jesuitarum prius inciderent, fors hi ob certas clausulas, ne ipsum autographum Imperatori consignaretur, præpedirent. Abeunte ergo Oratore Mediobarbus die vigesima septima Decembris ad Urbem *Kian-Kian*, & inde die quinta Decembris sole ad occasum inclinato *Pazonlin* pervenit, ubi Pater Fouquet Jesuita, qui ob propugnata Pontificis Constitutionem a Societatis Præposito mox in Europam reverti jussus erat, a Sinensi Oratore Legatum Apostolicum invisendi licentiam petiit, quæ tamen eidem negata est; quapropter Patrem Pereiram rogabat, ut saltem epistolam suam Legato consignare

Hist. Eccles. Tom. LXX. Pp vel

Sæc. XVIII
A. C. 1720.

vellet, eo autem ingens discrimen ob-
tendente, Fouquetus clam binas lre-
ras ad eundem Patriarcham transmi-
sit, in quibus ob damnatam prohibi-
torum rituum superstitionem se in Eu-
ropam avocari questus, ad reparandam
valetudinem aliquot Mensibus in Ca-
tonensi urbe morandi facultatem a
Apostolico Legato petebat, qua eidem
concessa Sinensis quidam juvenis Chris-
tianus Legati Cubiculario clam tradi-
dit Pedrini Missionarii epistolam ad Pa-
trem Ceru Peckino die duodecimo No-
vembris datam, hujus tenoris: Quamvis
contra Peckinenses Jesuitas, qui calum-
niis & convitiis incessanter me ad mor-
tem usque insectantur, ad ipsum
sitatorem Apostolicum recurrere debe-
rem, eis tamen adhuc parco, ne
clandestinæ cum eodem conspirationis
insimulandi ansam inde arripiant.
Ut ergo nullam suspiciones multip-
candi occasionem præbeam, Reveren-
tiæ vestræ duntaxat scribo, ut Pat-
re Laureato Jesuitarum Superiori ea, que
illic continentur, eo fine insinuet, ut
contra suos subditos & varia sane a mul-
cordato Viro probanda consilia & mi-
sinationes tempestive remedium
opponere valeat. Rei summa hæc est.
Insufurrarunt Imperatori, nec Patrem
Ripam nec me a summo Pontifice ad
Impe-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

„Imperatorem fuisse missos, ab eo au-
 „tem heri desuper interrogati, affir-
 „mando respondimus; mox tamen No-
 „bis insinuatum, quod Imperator de
 „hoc Legatum interrogare velit, & si
 „demendacio convicti fuerimus, capite
 „plectendi simus. Peckinenses Jesuitæ,
 „& præcipue PP. Parrenius, Tartoux
 „& Mourao clam Imperatori suggeste-
 „rant, nos nequaquam a Pontifice, sed
 „a Congregatione de propaganda fide,
 „& duntaxat ad Cardinalem Tourno-
 „nium missos fuisse, perinde ac si Con-
 „gregatio quempiam sine Pontificis jussu
 „eo decernere posset, & Visitator Apo-
 „stolicus ab ipso Pontifice, cujus ora-
 „culum est, non fuisset nominatus. In-
 „super Pontifex disertis verbis ad me
 „dixerat, quod Vitomonus tum Ponti-
 „ficio alloquio præsens mihi certo si-
 „gnificaturus esset, quæ juxta Ponti-
 „ficis mentem in his terris mihi agenda
 „forent. Igitur sine hæsitatione asse-
 „rere potui, me a Papa fuisse missum,
 „illudque nemo melius me nosse potuit,
 „& id coram ipso Imperatore compro-
 „batum reddere possum; dato autem,
 „quod tamen omnino falsum est, me a
 „Papa non fuisse missum, quid com-
 „modi hisce Jesuitis affert, si cum pe-
 „riculo vitæ meæ, Imperatori calumniis
 „inensum me reddunt. Incassum cul-

Pp 2 pam

Sæc. XVIII. „pam in P. Ludovicum de Fan Jesuitam
 A. C. 1720. „Sinensem conjiciunt unacum P. Patre
 „nino, qui nuper mihi retulit, præbe-
 „tum Patrem Imperatori insinualle,
 „quod auro conductus a Congregatione
 „fuerim missus, & nequidem Pontifi-
 „cem unquam viderim: Unde enim
 „notum erat huic Sinensi? id falsis-
 „simum est, & denique hic idem est
 „fuita: Inde vero colligere poterit R. V.
 „in quo statu sim: Non ideo hæc scribo,
 „quasi a R. V. auxilium peterem, *auxi-*
 „xilium enim meum a Domino, qui scit,
 „quod non mentiar, sed ut illi, quibus
 „veritas hæc nota non est, illam peti-
 „bus non conculcent, nec me calum-
 „niis opprimant: Probe quidem pro-
 „spicio, quod Silentium a Patre Lau-
 „reati suis Confratribus imponi, nimis
 „infirmum sit remedium, quia, ut dicitur,
 „amat, jamjam petram in puteum pro-
 „jecerunt, eam tamen inde extrahere
 „tenentur, si suæ salutis consulere ve-
 „lunt. & *sanguis noster super eos erit,*
 „nisi Imperatorem a mala & injuria
 „hac suspicione abduxerint: quid has
 „in re acturus sit Pater Laureati, equi-
 „dem ignoro, periculum tamen in mora
 „est: persuasus erit de mea mo-
 „deratione, cum in tanti momenti
 „negotio, relicto asperiore juris reme-
 „dio,

„dio, mitissimo usus sim emplastro, Sæc. XVIII.
 „sum &c, A. C. 1720.

„P. S. Heri Imperator, Legatum
 „die vigesima octava Mensis præteriti
 „hinc discessurum nobis significavit,
 „ejusque epistolam aperiri jussit, illam-
 „que mihi & Domino Ripæ tradidit,
 „ut illam Sinice redditam coram om-
 „nibus legeremus. Ex literis Lypurga
 „ad Imperatorem datis constat, quod
 „V. R. & Pater Laureati ab Interpre-
 „tis munere fuerint exclusi, & PP.
 „Pereira, ac Ferdnandez (o par bea-
 „tum) selecti . . . Ego autem unacum
 „D. Ripa testabimur, quod V. R. ex
 „ipsius Imperatoris mandato Cantone
 „morata, nil minus quam turbidi in-
 „genii Vir sit. Legati Apostolici epistola
 „scripta est cum omni prudentia & præ-
 „cipue indicat quam ardentem cum ipsa
 „Majestate sua colloqui desideret, id-
 „que omnino necessarium est, ita ta-
 „men, ut Ego & Domiuus Ripa præ-
 „sentes simus, secus Imperator ejus
 „mentem difficulter ea ingenuitate asse-
 „qui posset, quæ necessaria est. Eadem
 „occasione Imperator cunctis significari
 „jussit, velle se, ut nos Europæi unius
 „simus opinionis, nullusque alter Maig-
 „rotus ex nobis prodeat, secus nos om-
 „nes catenis onustos ad Papam remis-
 „surus,

P p 3

Sæc. XVIII. „furas, variis suppliciis, & igne, ca
 A. C. 1720 „stigaturus esset, &c.,”

„Haud dubito, Legatum secum de
 ferre catalogum omnium Missionario-
 rum a S. Congregatione missorum, pro
 & nomen meum ibidem reperiri, ex
 quo me a summo Pontifice missum
 fuisse, evidenter patebit (*). Perletra
 hasce literas Mediobarbus Patriarcha
 adjuncta sua epistola per eundem Je-
 venem ad Patrem Ceru Cantonem
 transmisit.

§. XXXIII.

*Mediobarbus Legatus Apostolicus Im-
 peratoris jussu in itinere
 interceptus.*

*Du Halde
 l. c. p. 154.*

Nondum Imperator Legati Apostolici
 responsa circa Legationis suæ cau-
 sas

(*) Hanc epistolam ex relatione Historici
 Legationis Mediobarbi, quæ Patrem Viani
 qui Legato Apostolico a confessionibus erit
 Authorem præferebat, Joan. Laurent. Mosheim
 Germanæ suæ versionis Historiæ P. Du Halde
 feruit, nec ipse Pater Florianus Bahr Jesuita
 Missionarius Sinicus, qui omnes Mosheim
 falsitates in suis notitiis novissimis acri litivis
 depexuit, hanc epistolam ne verbulo quidem
 falsam, aut conficta vel calumniosam esse
 indicavit, stat ergo pro ejus veritate præ-
 sumptio vehemens.

fas receperat; Tagin enim seu Orator, Sæc. XVIII.
 qui ea perferenda in se susceperat, pri- A. C. 1720.
 mum die duodecima Decembris Pazon-
 Lino Peckinum discesserat: cum ergo
 Imperator sine hisce responsis Legato
 iter secum prosequendi facultatem fuisse
 datam suspicaretur, mox quatuor Man-
 darinos obviam misit, qui eidem Im-
 peratoris nomine denuntiarent, ne vel
 unico passu ultra progrediretur. Jam-
 jam Legatus die vigesima quinta ejus-
 dem Mensis *Teou li ho*, urbem trigesi-
 ma leuca Peckino disitam attigerat,
 cum hi quatuor Mandarini adventarent,
 & Imperatoris mandata eidem aperi-
 rent: Præmissa consueta salutatione Le-
 gatus Apostolicus sciscitabatur, an sua
 Majestas bene valeret, cui *Chao Cham*
 Mandarinus in responsis dedit, Impera-
 torem nolle, ut is Aulam accederet,
 nisi prius quibusdam quæstis satisfac-
 cisset, simul etiam eundem præcipere,
 ut in primo alloquio veste Europæis usi-
 tata indutus compareret, postea autem
 vel Sinensium vel Europæorum more
 incedere, eidem integrum esset. His ex-
 positis rursus eum, ut genuflexus Impe-
 ratoris mandata exciperet, jusserunt,
 ac demum exposuere, suam Majesta-
 tem primo non credidisse, quod ipse
 Pontificis Legatus esset, per Europæos
 autem de veritate sui characteris edo-

Sæc. XVIII
A. C. 1720

ctus, ipsum debito honore prosequi paratus foret, Imperatorem quoque et Cantone per *Zuntu* ejus quidem responsa ad interrogationes factas non recepisse, in illis tamen nil aliud contineri, nisi quod de Imperatoris indulgentia inquisitum venerit, & pro beneficiis, quæ sua Majestas Europæis exhibuisset, eidem grates rependeret, vero adhuc alia, quæ Imperatori deferret, haberet, mox indicaret, hæc Legatus sedens respondit, quod plura alia exposuerit, sibi videri, ut autem foret, nil certius esse, quam quod a summo Pontifice illuc missus esset eo fine, ut non modo de Imperatoris salute certior fieret, gratoque animo beneficia religioni ac Missionariis præstita rependeret, sed etiam ut suam Majestatem rogaret, quatenus eosdem ulteriore suo patrocínio dignari, si met vero ipsi concedere vellet, ut tamquam omnium Missionariorum Superior in Sinensi Imperio remanere permitteretur, & Sinensibus Christianis licitum esset, circa Sinenses ritus summi Pontificis decreta observare. His perceptis præcipue *Ly Pin Chum* Mandarinus quæsit, cur hæc Cantone moratus non responderit, cui submisit reposit Legatus, se de his non fuisse interrogatum: Reponente autem Mandarinus hæc

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

hæc petita Imperatori fore minus ac-
cepta, utpote irrevocabili ejus edicto
circa Sinenses ritus contraria, respon-
dit Mediobarbus, haud necessarium esse,
ut Imperator suum revocaret edictum,
sufficere, ut præteritorum memor reli-
gionem Christianam in sua puritate
conservari permetteret. Instabant vero
Mandarini, afferentes, *quid diceret Papa,*
si noster Imperator Romanos ritus corri-
gere vellet? mox respondit Legatus,
longe abesse a Pontifice, ut Sinenses
ritus reformet, Christianorum duntaxat
errores corrigit, *cur autem,* reponebant
Mandarini, *Pontifex contradicit illis, quæ*
alii Pontifices concesserunt? alii Pontifi-
ces, respondit Legatus, juxta diver-
sam rei explicationem ac relationem
factam, rebusque inter Christianos ad-
huc dubiis, diversa condiderunt de-
creta, nunc vero audita utraque parte,
adhibita omni diligentia, & rebus ad
Christianæ legis trutinam ponderatis
Pontifex aliter judicavit. Percepto
hoc responso Mandarini reposuere: *non*
Imperatoris sed proprio nostro nomine tan-
quam amici tui, tuisque & Christianorum
partibus addidisti rogamus te, ut memor sis
eorum, quæ Cardinali Tournonio, Maig-
roto & Patri Castorano acciderint, quanta
patiti fuerint, eoquod circa hosce ritus se
Imperatoris voluntati opposuissent: veremur,

Sæc. XVIII. ne eadem Tibi accidant, si eorum vestigia
A. C. 1720. *premas: Grates pio eorum affectu re-*
 pendens Legatus, hæc respondit, *non*
 ardentius desidero, quam Imperatoris
 gratiam, qua, ne me indignum re-
 dam, omnem impendam sollicitudinem
 Ergo, subjungere Mandarinis, tua
 titia paucis verbis scriptotenus complectens
 mox igitur Mediobarbus hæc scripsit
 Debeo humiliter supplicare nomine summi
 Pontificis Majestati suæ, ut permittat
 hoc suo vastissimo Imperio religionem Chri-
 stianam in sua puritate, permittendo, ut
 Christiani, qui sunt in hoc Imperio, libere
 observent Constitutionem Pontificiam, quæ
 incipit: Ex illa die, atque ut permittat
 mihi, exercere partes Superioris omnium
 Missionariorum, qui sunt in Sinit.

Accepta hac scheda Mandarinis, prius
 quam abirent, Cantonensibus Mandari-
 rinis, qui Legatum comitabantur, præ-
 ceperunt, ut eundem ad villam quæ-
 dam tertio lapide ab Urbe Chumy
 distitam, ubi Imperator agebat, de-
 cerent.

§. XXXIV.

Imperatoris alloquium Mediobarbo Le-
gato Apostolico denegatum.

Postquam Mediobarbus Patriarcha
 Legatus ad præfatam villam per-
 venerat

Vian l. c.
pag. 49.
Du Halde
l. c. p. 155.

venerat, quatuor illi Mandarinum rursus ^{Sæc. XVIII.}
 reversi die vigesima sexta Decembris ^{A. C. 1720.}
 dulciaria arborumque fructus ab Imperatore submissos eidem obtulere, ac paulopost illum monuerunt, ut Imperatoris responsum ad ejus petita excepturus, in genua procumberet: quo facto Mandarinum exposuere, quod Imperator primæ annueret petitioni, ea tamen lege, ut omnes Europæi seniores, artibus conspicui, & Imperatoris obsequio utiles in Sinis remanerent, eisque licitum esset, Constitutionem Pontificiam observare, nullatenus vero Sinenses ad illius observantiam adigerentur, ceteros vero omnes Europæos nunc in Sinis agentes Legatus secum in Europam reduceret, ibidemque eis Constitutionem promulgaret, illorumque Superiorem ageret: alio autem modo Imperator Constitutionem utpote irrevocabili suo decreto contrariam observari, nullatenus permittere valeret. Secundo responderunt, omnium harum contentionum promotorem fuisse Maigrotum, quem Legatus secum Sinas conducere debuisset, ut suorum dogmatum rationem redderet. Tertio, quod Imperator Legatum omni honore cumulare statuerit, ob præfatos tamen duos articulos suæ legi omnino contrarios eum nequidem suo

Sæc. XVIII. suo alloquio dignaturus esset. Hæc
A. C. 1720 percipiens Legatus respondit, acerbi-
 fimo se cruciari dolore, eoquod sua
 Majestatis gratia atque alloquio excu-
 deretur, de cetero autem se Ma-
 rotum secum non adduxisse, partim
 quod decrepitæ esset ætatis, partim
 Imperatoris jussu e Sinensi Imperio
 jectus fuisset, & ad condendam Co-
 stitutionem, quam solus Pontifex utra-
 que parte per plures annos diligentis-
 me, mature & exactissime audita se-
 xit, nullam omnino partem habuisset.
 se igitur summis precibus suam Maje-
 statem obtestari, ut hæc saltem Pontificias
 literas referare dignaretur, quibus pe-
 lectis, cognitaque Pontificis mente
 tiones, ob quas Constitutionis obse-
 vantiam exigere, eoque fine hanc le-
 gationem adornare statuisset, Impera-
 tor absdubio ratas habiturus esset. Ad
 hæc responderunt Mandarinum, Impera-
 torem ægre Pontificias literas acceptu-
 rum, si Legatus Constitutionis obse-
 vantiam insistere non cessaret, quin
 in proximo esse, ut Imperator eum in
 Europam reverti juberet, eoquod ne-
 gotium, ob quod Sinas venisset, eidem
 permolestum accideret; si enim Pon-
 tificis decreta cum Regni sui ritibus &
 legibus consistere nequirent, nec etiam
 religio Christiana in ejus Regno consti-
 tatur.

stere poterit; consultius igitur fore, ut Sæc. XVIII.
 ipsemet cum suis donis protinus Can. A. C. 1720.
 tonem reverteretur, cunctosque secum
 Missionarios duceret; considerata enim
 Imperatorii animi constantia conclama-
 tum esse de Constitutionis observantia:
 Ad hæc Legatus, quo Vulcano hæc
 fulmina fuissent procusa, haud igna-
 rus, Mandarinos rogabat, ut saltem
 Pontificis literas Imperatori tradere,
 eumque ad eas perlegendas inducere
 vellent, *infelicem me!* exclamabat Le-
 gatus, *novies mille leucarum iter incre-*
dibili molestia jussu Pontificis confeci, &
nec Imperatoris conspectum subire, nec hæc
Pontificis literas eidem tradere permittor!
 His dictis sibi Imperatoris responsa
 scriptotenus tradi petiit, ut inter lacri-
 mas, fervidasque ad Deum preces ea,
 quæ magis expedirent, decernere
 posset.

Hanc dilationem ratam se habere
 simulabant Mandarini, spe freti, Le-
 gatum post maturam rei-deliberationem,
 fusasque ad Deum preces absdubio Im-
 peratoris voluntati cessurum: postea ab-
 euntibus Mandarinis Legatus convo-
 catis omnibus Missionariis, atque in-
 tonato Hymno, *Veni creator Spiritus*
 &c. quid decernendum, exposuit. Cen-
 sebant omnes, salva Constitutionis sub-
 stantia, ejusque observantia cuncta esse
 ten-

Sæc XVIII. tentanda, ne pia Pontificis desideria
A. C. 1720. suo careant effectu, nec tota simul Mis-
sio in uno momento destrueretur.

§. XXXV.

*Alia molestia Legato Apostolico
irrogata.*

Die vigesima septima ejusdem Me-
sis iidem quatuor Mandarini Imperatoris
responsa literis mandata Legato
attulere, ac præsentè P. Ludovico Pæ-
Sinenſi Jesuita soli Patri Pereire cog-
nito, Imperatoris jussu Mediolanensis
exprobrarunt, quod sua Majestas Pa-
trem Provanam cum suo socio in Euro-
pam ablegasset, de iis vero per inter-
gros duodecim annos nulla allata
fuiſſet notitia, nec etiam hic Patri
tanquam Imperatoris Legatus Romæ
debito honore exceptus, nec pro Le-
gato agnitus fuiſſet, proinde nec ipse pro
Pontificis Legato ab Imperatore habendus:
de cetero, cuncta hæc Imperator
adhuc dissimulare vellet, si ipsa
rem gratam, nec ejus decretis atque
Imperatorum legibus contrariam muta-
tiaret, secus vero nec ad ejus conspectum
admittendus, nec pro Legato habendus,
imo Imperator statuiſſet, ipsum cum
omnibus Europæis, qui hunc in finem
altera die ad hanc domum

mum ex mandato Imperatoris conve- Sæc. XVIII.
 nirent, in Europam remittere. Ad A. C. 1720.
 hæc Legatus sedendo respondit, ob
 pene immensam Romanæ a Peckinensi
 urbe distantiam retardata esse nova de
 Patre Provana, huncque per aliquot
 annos suæ legationis literas Romæ non
 exhibuisse, nec unquam se Imperatoris
 Legatum, sed duntaxat Sinicæ Missio-
 nis Procuratorem in suis epistolis no-
 minasse, postquam vero Imperatoris
 literas legationis suæ testes ostendisset,
 illum a summo Pontifice mox summis
 honoribus, ac singulari Benevolentia
 tanquam Legatum fuisse honoratum,
 e contrario autem, se, summi Pontifi-
 cis legatum esse, per publicæ fidei li-
 teras demonstrare posse, dummodo
 illas Imperator inspicere dignaretur.

His opponerent Mandarini, Patrem
 Provanam in Europam secum attulisse
 Imperatoris edictum: id omnino, re-
 ponebat denuo Legatus, ignotum fuisse
 nec eum ab initio illud exhibuisse, sed
 sese duntaxat Missionis Procuratorem
 declarasse, exhibitis autem suæ Maje-
 statis literis atque edicto hunc Patrem
 singulari honore fuisse habitum, de
 cetero Constitutionem Sinensibus ritibus
 adeo contrariam haud esse, dummodo
 Imperator rationes desuper in Ponti-
 ficis literis adductas inspicere digna-
 retur

Sæc. XVIII. retur, aliunde vero considerare vellet,
 A. C. 1720. quod Pontifex in Imperatoris gratiam
 ea omnia, quæ cum religione Chri-
 stiana compati possent, et si in Europa
 non tolerentur, post editam hanc Con-
 stitutionem concessisset. Verum Man-
 darini iterato opposuere, quod Imper-
 ator Pontificias literas recipere nolu-
 nisi prius principale Constitutionis ne-
 gotium fuisset decisum. In vanum Le-
 gatus supplicabat, ut si Imperator ipsum
 ad alloquium admittere nolit, saltem
 alium cum pluribus interpretibus, at-
 que inter eos præcipue Pedrinum &
 Ripam, utpote patrii sui idiomatis probe
 gnaros nominaret, ut multiplicatis In-
 terpretibus de rei veritate magis con-
 staret, & Pontificiis rationibus seu
 pondus & efficacia accederet: Nil aliud
 idque ægre impetrare poterat Legatus
 ut Europæi, qui sequenti die Sinis ex-
 cedere jam jussi erant, aliunde itinere
 molestiis pene consumpti, donec res
 hyemis, frigorisque remitteret, dis-
 cessum differre permitterentur. Postea
 Mandarini cunctos Europæos, qui ad
 Imperatoris servitium destinati erant,
 convocatos interrogarunt, an in Asia
 remanere vel cum Legato in Europam
 reverti vellent, cunctis vero suam sen-
 tentiam Legati arbitrio committentibus.
 Hocque, si sese Imperatoris obsequio
 dicere

dicarent, Pontifici rem gratam factu- Sæc XVIII.
ros respondente, una omnes, excepto A. C. 1720.
P. Cassio, remansere, Legatus vero
Mandarios rogabat, ut saltem dona
a Pontifice submissa Imperatori offer-
rent, ast nec hæc ab Imperatore esse
acceptanda respondentes, interroga-
runt, quid demum post imploratum
Dei lumen Legatus decrevisset, quibus
hic reposuit, si in Sinis manendi facul-
tatem concederet Imperator, se decre-
visse, ut feligeret quamdam Ecclesiam,
in qua cum ceteris Missionariis Deo ac
religioni deservire posset, quantum
vero ad Constitutionem, se sine gravi
Dei offensa ejus observantiam relaxare
non posse: Ad hæc opposuit Mandari-
nus *Chao*; Europæorum amicus, hoc-
„que negotium componere studiosus
„sum, cede ergo Imperatoris volun-
„tati; num enim illi, qui hucusque hos
„ritus permisere, Deum offenderunt?
illi utique, reposuit Legatus, qui ante
Constitutionis promulgationem hos ri-
tus bona fide permisere, Deum suum
non offenderunt, aliter autem dicen-
dum post Sedis Apostolicæ definitionem:
Cur ergo, instabat hic Mandarinus,
vester Pontifex damnat, quod ejus
Prædecessores permisere, id factum
esse, reponebat Legatus, ob diver-
sam rei narrationem, nunc vero au-
dita

Hist. Eccles. Tom. LXX.

Qq dita

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

dita utraque parte causam esse finitam,
 instabat autem Mandarinus, quomodo
 Pontifex de rei veritate certus esse po-
 tuit, cum Maigrotus omnino Sinen-
 linguæ inexpertus sit, respondente Le-
 gato, Maigrotum nil ad Constitutionem
 contulisse, sed veritatem erutam fuisse
 ex libris & scriptis utrinque productis.
 Mandarinus regessit, eritne res
 gioni Christianæ consultum, si omnes
 Missionarii Sinis ejiciantur? id quidem
 ajebat Legatus, ingens esset malum,
 si vero Religio in sua puritate non re-
 linquitur, idem est, ac si ea in Sine-
 Imperium non fuisset invecta. Tandem
 abire parantibus Mandarinis P. Lucio
 cicus Fan Sinensis Jesuita suggestit, Pe-
 trem Pereira in responsi interpretatione
 minus fidelem fuisse, eo quod scripsis-
 cuisset, Legatum supplicasse, ut Do-
 tificia Epistola a Patribus Barnabitis
 allata aperiretur, in qua tamen Con-
 stitutionem moderandi facultas non
 contenta foret. Verum id falso jactat
 affirmabat tam Legatus, quam ipse
 P. Pereira. Sparso tamen rumore de
 Constitutionis moderatione Mandari-
 denuo reversi sciscitabantur ex Legato
 Apostolico, an re ipsa Bullam temperantem
 potestate instructus esset, & utrum in Pa-
 tificis Epistola tales moderationes con-
 nerentur, talem se habere potestatem re-
 gabat

gabat Legatus, se ea tamen, quæ religioni Christianæ non adversantur, Sæc. XVIII.
A. C. 1720.
 permittere posse. si ergo sua Majestas Pontificias literas legere renuerit, saltem designaret quosdam, qui ejus nomine illas coram pluribus Interpretibus ac præcipue præsentibus Pedrinio & Ripa prælegant: Hos duos autem, eoquod Imperatorem graviter offendissent, mox excludi petiit Jesuita præfatus, nec ultra etiam institit Legatus.

§. XXXVI.

*Mediobarbus Patriarcha & Legatus
 Apostolicus tandem Peckinum
 venire permissus.*

Die vigesima octava Decembris *Mediobarbus* Visitator ac Legatus *Viani. l. c. pag. 60.*
 Apostolicus Imperatoris edicto ad Aulam accerseretur, qui illico unacum P. Pereira, ceterisque suis Missionariis profectus, ad magnum Bonziorum Conventum deducebatur, ubi *Chao Chan* Mandarinus, qui adventantem Legatum unacum Patre Fan ibidem præstolabatur, eidem significabat, nondum venisse tempus, ut Imperatoris conspectum subiret, sed ad aliam domum vicinam villæ, in qua Hic degeret, esset educendus, ut Mandarini eo commodius cum ipso conferre, & Imperatoris

Qq 2

Sæc. XVIII. toris nomine quædam eidem proponere
 A.C. 1720 possent. Paulopost præfati advenerant
 Mandarinum, qui Legato exponerent.
 I. Imperatorem ex ipsis Legati verbis
 conijcere, quod præter Constitutionem,
 qua Ritus Sinenses prohibentur, aliam
 quoque secum detulisset, in qua non
 nullæ eorundem rituum permissiones
 continerentur. II. Imperatori displicuit,
 quod Interpretum vices præter D. Ro-
 pam demandarit Pedrinio ingenii tro-
 tuosi, & turbidi Viro, ac insuper cum
 Maigroto, Appiano aliisque Impera-
 tori exosis conspiranti, inde vero sus-
 spicioni locum esse, quod ipsemet quo-
 que ejusdem cum ipsis foret sententiæ,
 consultius autem Papa fecisset, si Le-
 gati munus non Ecclesiastico, quos
Petrinos vocant, sed pluribus diviti-
 Ordinis SS. Francisci, Dominici, Au-
 gustini, vel Jesuitis detulisset, timen-
 dum enim, ne hic Legatus utpote eju-
 dem conditionis, & Status partium
 studio abreptus, horum Petrinorum
 erroribus faveret. III. Pedrinum multa
 scelera non sine Religionis dedecore
 patrasse, mortisque poenam sæpius fuisse
 promeritum, sola tamen Imperatoris
 clementia mortem evasisse. IV. Maig-
 rotum omnium turbarum existisse in-
 centorem, nisi ergo hi tumultus com-
 ponerentur, Imperatorem petere, ut
 Maig-

Maigrotus aut Sinas capite plectendus Sæc. XVIII.
 deduceretur, aut ipsemet Papa ipsum A. C. 1720.
 Romæ tanquam hominem seditiosum,
 turbidum, rudem & Sinensis idiomatis
 ignarum, qualem se esse ipsemet coram
 Imperatore fassus esset, severe castiga-
 ret. Hos quatuor articulos Pater Fan,
 quem Mandarinum velut Interpretem se-
 cum adduxerant, in linguam latinam
 vertebat, ad hæc vero Legatus respon-
 dit. I. Sibi a Papa nonnisi unicum
 Breve fuisse traditum, II. Se non so-
 lum petiisse Pedrinum, sed plures al-
 ios Interpretes, seque nulli homini, sed
 soli religioni Christianæ, & summo
 Pontifici, a quo ad sedandas, non susci-
 tandas turbas missus esset, adhærere; non-
 nisi quidem unicam & veram religionem
 Christianam esse varios autem Ordines
 Religiosos dari, hos autem unius arbo-
 ris ramos, uniusque Patris Filios æ-
 quali amore dilectos esse. III. Sibi
 non constare de delictis a Pedrinio com-
 missis, de data eidem venia se Impe-
 ratori grates rependere. IV. Maigro-
 tum ad Pontificis decisionem nullatenus
 concurrisse, sed ipsum Papam re-
 mature perpensa, & ad Religionis Chri-
 stianæ limam vocata, necnon utraque
 parte sæpius audita definiisse, quos-
 dam ritus esse supersticiosos; interro-
 gantibus autem Mandarinis, quænam

Du Halde
l. c. p. 155
S. 283.

Qq 3

Im-

Sæc. XVIII. Imperatori accepta grataque in Pontificiis continerentur literis? reposuit
A.C. 1720
 Legatus, se exactam eorum omnium, quæ ibidem continerentur, memoriam non habere, se tamen sperare, Imperatorem allatis rationibus eo permotum iri, ut Papæ precibus annueret. Instabant vero Mandarinum, ut Legatus saltem ea, quorum recordaretur, referret, quibus ab eo recensitis Chinæ Mandarinus asseruit, se esse religionis Christianæ & ipsimet Legato propensissimum, quocirca, quæ Imperatoris voluntati consona forent, responderet, secus Legationi infaustum imminere exitum. His addebant alii Mandarinum, vix verosimile esse, eum mere tanquam Pontificiæ Epistolæ bajulum fuisse Sinas missum, si vero Legatus esset, abs dubio fore munitum ampla facultate permittendi ea, quibus Imperatori iustitiam fieri posset. Ad hæc respondit Legatus; *sum equidem Papæ Legatus, nec tamen mandatæ facultatis limites transgredi, mihi est concessum, in omnibus vero quantum licebit, Imperatoris gratiam decernerem studebo: vix hæc Legatus protulerat, cum illico Mandarinum quærent, quænam illa essent, quibus se Imperatoris gratia dignum reddere intendere? reposuit Legatus, ad reddendam pacem & concordiam, quidquid salva conscientia*

scientia, & sine Dei offensa potero, con-
feram, & permittenda permittam: an vero,
 ea, regerebant Mandarinum, quæ permit-
 tere nequit, ad Papam rescribere, pa-
 ratus sit, respondente Legato, se quid-
 quid facere & scribere poterit, scriptu-
 rum, facturumque, reposuit Pater Fan
 Interpres, ergo omne id, quod facere
 poteris, facies, & quod non poteris,
 scribes, respondit Legatus: quod non
 potero facere, scribere autem potero,
 id scribam: hoc Legati responso non
 contentus Interpres regessit, quid ergo
 moratur, quin scribas? multa sunt,
 objecit Legatus, quæ scribere licet, si
 duntaxat de Constitutionis sensu agi-
 tur, multa tamen sunt, quæ scribere
 non licet, eo quod jam sunt decisa, ac
 propterea dixi, me facturum & scriptu-
 rum, quæ facere, & scribere potero,
 & si mea facultas ad alia se non exten-
 dit, desuper ad Papam fideli calamo
 perscribam.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.

§. XXXVII.

Legatus Apostolicus summarium Epi-
stolæ Pontificiæ scriptotenus tra-
dere iussus.

Hac Legati declaratione Mandarinum
 videbantur esse contenti, atque in-
 ter eos Chao se Europæorum & Re-
 ligio-

Qq 4

ligio-

Sæc. XVIII. ligionis Christianæ amicum iterato pro-
 A. C. 1720. fessus, inter amplexus Legato pollice-
 batur, se nullum non moturum lapi-
 dem, ut ad ejus vota Imperatoris ani-
 mum inclinare posset. Pater Fan vero
 ad Legatum conversus rogabat, ut
 consuleret Europæorum saluti, nec
 stigia premeret Tournonii Cardinalis
 qui sua pertinacia graves sibi molestias
 & ingens damnum Missioni intulisset.
 Ad hæc Legatus pro sua prudentia ni-
 hil respondit. Postea discedentibus
 Mandarinis Legatus cum omnibus Mis-
 sionariis, qui cum ipso Roma Sinas
 venerant, ad aliam domum secundo
 duntaxat lapide ab Imperatoris aula
 distitam deducebatur: vespere autem
 ejusdem diei *Liipincus* Mandarinus Le-
 gatum accessit, eique Imperatoris no-
 mine præcepit, ut Pontificiæ epistolæ
 summarium scriptotenus porrigeret.
 Incassum *Mediobarbus* obtendebat,
 Pontificis mentem ea, qua par esse,
 integritate & efficacia ac sine erroris
 periculo exprimi non posse; se quidem
 Romæ ejus epistolam legisse, suæ me-
 moriæ tot itineris molestiis de-
 bilitatæ diffidere. Ast Mandarinus im-
 portunius instabat, ut saltem ea, quo-
 rum adhuc recordaretur, scriberet, se-
 cus totum negotium optato successu
 frustraretur. Cedendum ergo erat Le-
 gato,

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

gato, qui etiam Pontificiæ epistolæ summam his pene verbis complectebatur :

„Summus Pontifex suam Majestatem summa veneratione prosequens „per aliquem Legatum suum eidem „pro Beneficiis & favoribus erga Missionarios exhibitis grates rependere „desideravit, sibi tamen summopere „displicuit, quod ob PP. Barros & Beauvilier naufragium & Patris Raymundi „mortem citius Imperatori respondere non potuerit, responsum autem „Patri Provanæ deferendum commississet, nisi ipsum propter gravissimas „ejus infirmitates Sinas non perventurum timuisset, nunc vero me (scilicet „Mediobarbum) tanquam Legatum cum „multis ad Imperatoris obsequium destinatis & absdubio acceptis Viris „transmisit. „

„Pontifex [responsum, quod Pater „Provana deferre debuisset, mihi Legato suo commisit, spe confusus, suæ „Majestati displicere non posse, quod „quosdam ritus in Constitutione expressos, utpote religioni Catholicæ adversos non approbarit, cum alios eidem „religioni non oppositos pro inclyta Natione Sinenfi indulgisset.

„Scribit etiam Pontifex, quod Pater Provana, si Sinas venturus esset, „fu-

Qq 5

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

„fufius exposuiffet, quanta matu-
„tate, affiduitate, diligentia, & ftu-
„cuncta, quæ idem Pater nomine fue-
„Majestatis propofuit, fuerint exami-
„nata & quam æquo ac maturo iudi-
„cio decifio, quam ipfemet præfatus Pater
„ratihabuit, facta lit: rogat ergo Pon-
„tifex, ut fua Majestas ea omnia, quæ
„dictus Pater exponere juffus erat, &
„ore meo, Legati fui, percipere dige-
„tur, cumque Imperator Catholicus
„ut in ejus Imperio feſe ritibus fuz re-
„ligioni congruis conformare poſſent,
„permiferit, fic quoque fuam Majesta-
„tem rogat, ut eisdem, quatenus a
„ritibus contrariis abſtinere, & tra-
„quille juxta fuas leges vivere poſſint
„permittere velit, cum hi viciffim mæ-
„quam obſequio ac Reverentiæ Impe-
„ratori debitæ defuturi ſint.

„Inſuper refert Pontifex, quod a
„religione Catholica nil timendum ſit,
„eo quod ipfemet præcipiat, ut pro ſu-
„columitate Regum & Principum pe-
„ces & gratiarum actiones Deo reddan-
„tur, eiſque obedienciæ, fidei ac de-
„votionis officia exhibeantur.

„Inſuper, quod præfata religio non
„modo non damnet, aut reprobet, gra-
„titudinem Genitoribus exhiberi, ſed
„etiam filiis diſtrictè præcipiat, ut eo-
„rum Parentibus omnem honorem &
„Reve-

„Reverentiam præstarent, si a Deo, Sæc. XVIII.
 „qui id præcipit, longævam vitam su- A. C. 1720.
 „per terram obtinere velint: de cetero
 „autem religio Christiana, quæ tamen
 „tot gratiis ab Imperatore honorata
 „fuit, deterioris, quam ceteræ omnes
 „in Imperio toleratæ, conditionis foret.
 „Horum nunc recordor, quantum ad
 „reliqua me ad ipsam Pontificis episto-
 „lam refero, declarans, me hæc ideo
 „duntaxat scripsisse, ut Majestatis suæ
 „voluntati obsecundarem cui etiam pro-
 „fundissima veneratione me commendo.
 „Humillimus, devotissimus, atque ob-
 „sequiosissimus servus Carolus Ambro-
 „sius Patriarcha Alexandrinus & Le-
 „gatus Apostolicus. „

§. XXXVIII.

*Quædam circa ritus Sinenses a Le-
 gato Apostolico permessa.*

Jam pridem duo Missionarii in Sina- Bull. magn.
 rum Regnum pervenerant, qui pro- Const. Be-
 hibitos Ritus defendendi studio incensi ned. XIV.
 ad nonnulla quæsitæ quasdam dede- 59. t. 16.
 runt responsiones, easque, sine tamen pag. 110.
 summi Pontificis mandato aut appro- Du Halde
 batione, unacum propositis dubiis ad l. c.
 Mediobarbum Patriarcham & Legatum
 eo sine transmiserunt, ut ejus animum
 instruerent, eisque ille, prout rerum
 tem-

Sæc. XVIII. temporisque vicissitudo postularet, ut
 A. C. 1720. retur: quinimo vix Legatus hoc Re-

gnum ingressus, ad eas adigebatur angustias, ut quædam a præfatis hisce duobus Missionariis præscripta & deducta in publicum ederet. Horum ego Mandarinum, aliique Missionarii hauriri importunis precibus Legatum urgebant, ut juxta horum voluntatem quædam circa ritus permitteret, cumque se a violenta illorum importunitate expedire haud posset, nonnulla scripto tenus præter Pontificiæ epistolæ summam annotavit, quæ permitti possent, & quidem I. „Permittitur Christianis Sinensibus in suis privatis domibus, uti tabellis defunctorum inscriptis sine nomine defuncti, apposita ad laudabilem declarationem debitam & omnia quæcunque superstitione in earum constitutione necnon secluso omni scandalo,

II. Permittuntur omnes ceremonie Nationis Sinicæ erga defunctos, quæ non sint aut supersticiosæ, aut suspectæ, sed civiles. „

III. Permittitur Confucii cultus ille, qui civilis est, & etiam ejusdem tabellæ purgatæ a literis, & superstitione inscriptione, & adjuncta declaratione debita, sicuti permittitur, ante ejus tabellam correctam accendi candelas, uri odores, apponi comestibilia. „

IV. Permittitur pro usu & expensis Sæc. XVIII.
 „funerum offerri candelas, odores, A. C. 1720.
 „adjuncta in schedula debita decla-
 „ratione.,

V. Permittitur Reverentiæ genu-
 „flexionum & prostrationum erga ta-
 „bellam correctam aut etiam erga fe-
 „retum aut defunctum.,

VI. Permittitur præparari men-
 „sas cum dulciariis, fructibus, carne
 „& cibis usualibus circa aut coram fere-
 „tro, ubi sit tabella correcta, cum de-
 „bita declaratione, & omissis supersti-
 „tiosis, pro quadam honestate tantum,
 „& pietate erga defunctos.,

VII. Permittitur coram tabella cor-
 „recta reverentia dicta *Ko teu* tum in
 „anno novo Sinico, tum in aliis anni
 „temporibus.,

VIII. Permittitur coram tabellis
 „reformatis accendi candelas, uri odo-
 „res cum debitis cautelis, sicut etiam
 „ante tumulum, ubi pariter collocari
 „possunt cibi, ut supra dictum est, ad-
 „hibitis cautelis, uti in superioribus.,

§. XXXIX.

Hujus concessionis effectus.

Hæc octo concessionibus unacum Pon-
 tificiæ epistolæ summa Legatus Hist. Uni-
 Mandarinus tradidit, quibus a Patre vers. part. 8.
 Perei pag. 950.

Sæc. XVIII. Pereira Sinice redditis, Mandarinus
 A. C. 1720. ex Legato quæsit, an circa voces
Tien & Xang Ti, (*) quidquam ibidem
 fuerit mutatum, & an ipsa Constitutio
 in literis Papæ contineatur; responde-
 dente Legato, Pontificem censuisse,
 Deum nostrum non alio nomine nisi
Tien Chu (***) appellari posse, nec Con-
 stitutionem ibi contineri, Mandarinus
 sat contentus, utrumque scriptum ad
 Aulam detulit, quod vigesima nona
 Decembris die Eunuchus *Cinsu* coram
 Imperatore sigillatim prælegit: Tanto-
 pere suæ Majestati satisfactum esse vi-
 debatur, ut *Chao*, ceterique Mandarini,
 grave hoc negotium tandem esse
 finitum, Europæis gratularentur, sue-
 que Majestatis voluntati plene satis-
 factum dicerent. Verum mox Pater
 Josephus Suarez Jesuita opposuit, non
 ita esse, in his permissionibus late-
 dolum, subesse fraudem; non enim in
 tabellis hæc duo verba: *Sedes Spiritus*
 permitti, sed prohiberi: quid hoc respiciat
 reperit *Chao* atque Eunuchus, per-
 mittuntur ceteri ritus, reverentia, cibi, odor-
 res &c. æquior sum, sufficiunt hæc conce-
 siones, ne ergo ampliora postules, tum qua-
 tuor Mandarinus comitante eos Patre Fran-

(*) Id est virtus Cæli, vel Cælum.

(**) Id est Cælorum Dominus.

Legato exponebant. I. Quod Maigrotus homo turbidus hanc Missionem antehac in pace constitutam turbarit, & quamvis ipsemet Imperator eum Sinicæ linguæ ignarum fuerit expertus, is sinistram tamen de ritibus Sinicis opinionem Pontifici ingesserit. II. Quod Pedrinus mortis reus non raro Majestatem suam graviter offendisset, quibus Pater Fan addidit, ipsum falsas ad Papam dedisse literas. III. Quod Imperator tam Maigroto, quam Pedrinio, ceterisque Europæis, comperto Legati adventu veniam dedisset, nunc vero, cum Legatus contra ritus Sinenses Imperatoris decreto confirmatos agere jussus esset, ambo capitis pœna plectere, Imperator statuisset, proin aut Papa Maigrotum Romæ capite damnaret, aut eum in Sinarum Regnum mitteret, Legatus quoque vel utrumque puniri, vel Imperatoris voluntati satisfacere eligeret. IV. Quod Imperator capere haud possit, quomodo Pontifex hos ritus damnare valeat, cum tamen de iis non aliam habuerit notitiam, nisi quam a perversis, seditiosis, abjectis atque indignis ejusmodi hominibus hausisset. His perceptis Legatus veniam petiit, si sua Majestas a Maigroto ac Pedrinio offensus fuisset, loquentem mox interceptit Pater Fan, asserens, ergo sua
 Excel-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.

Sæc. XVIII. Excellentia Imperatorem ab utroque
 A. C. 1720. offensum fuisse fatetur, pro iis enim
veniam petit: verum reposuit Legatus, non id dixi, sed audiens a te, quod ambo Imperatorem offendissent, pro iis veniam rogavi: videtur, reposuit Pater, quod veniam rogare hoc in casu, esset res injuria, proin Imperator diceretur injustus: cui Pater, respondit Legatus, mea in reprobum sensum detorquere, dico, iterumque dico, pro his veniam petii, quod tu Imperatorem ab eis fuisse offensum scisti. His placatus Pater, Mandarinis exposuit, quod Legatus ante suum adventum ignoraverit, Imperatorem ab his fuisse offensum, nec unquam Pontifex intenderit ritus Sinicos abolere aut evertere, sed duntaxat quosdam Christianorum errores corrigere, idque sua Constitutione emendare, quod cum religione Catholica componi non posset, ac propterea Legatus humillime petitum venisset, ut sua Majestas Pontificis literas, in quibus de ejus mente constaret, aperire dignaretur: Id ab Imperatore impetraturos spondebant Mandarinis, ac præcipue Chao spem fecerat, fore, ut Imperator religioni Catholicæ propensus quempiam ex suis Nepotibus ad Legatum proxime salutatum missurus esset, cum ipse duntaxat in rituum Sinicorum contemptores pacis

pacisque, qua per plures annos hæc Sæc. XVIII.
 Missio potiebatur, perturbatores irasce- A. C. 1720.
 retur, præcipue vero in Maigrotum,
 qui ab ipsis Provinciæ Fokiensis Chri-
 stianis pro ignorantè habitus, contem-
 ptus, & crinibus ac barba raptatus
 fuisset.

§. XL.

*Duo Missionarii Sinenses a Manda-
 rimis circa varia interrogati.*

Eadem die PP. Cesatus & Ferrarius Vid. supra
 Barnabitæ præter omnium expe- pag. 619.
 ctationem Legatum salutabant: Hi e- Legat. della
 nim Imperatoris jussu haud procul in China. p. 81.
 quadam domo a militibus antea custo-
 ditati detinebantur, sed non ita pridem
 in libertatem afferti, cum ceteris Mis-
 sionariis in domo Legati permanere
 jussi sunt: Referebant illi, quod Pecki-
 num, & inde in Tartariam delati, ex
 Imperatoris mandato primum de variis
 fuerint interrogati, postmodum ab Im-
 peratoris conspectu exclusi, ac nequi-
 dem Pontificis epistolam tradere, vel
 cum Europæis agere permilli, viam re-
 legere compulli fuerint. His narratis
 Legato consignarunt illos articulos,
 circa quos præsentibus PP. Mourao &
 Parenino Jesuitis interrogabantur, una-
 cum eorum responsis exhibebant, in-
Hist. Eccles. Tom. LXX. Rr ter-

Sæc. XVIII. interrogabantur ergo I. *an a Papa missi*
 A. C. 1720. *sint.* Respondebant, *Ita*, II. *An publica*
fidei literas haberent, R. non alias, quam
 Papæ literas, quæ illos ab eo missos
 esse testarentur, ad hoc responderunt
 Mandarinum hoc testimonium non
 sufficere, nec Imperatorem ei fidei
 adhibere, quia ejus veritas ab Euro-
 pæis has literas Sinice reddituris de-
 pendet, sicut autem Patrem Provin-
 ciam, quem Imperator misit, pro Le-
 gato a Papa agnatum non fuisse credi-
 dit, quia sine responso dimissus fuit,
 sic nec vos credet a Papa missos, quia
 vos exiguo in honore habuit: ad hæc
 vero responderunt, quod Pontifex hunc
 Patrem tanquam ab Imperatore missum
 receperit, & agnoverit, eique orator
 nus responsum communicarit, quod
 Legatus postea fusius exponeret. III.
An cognoscerent Maigrotum, & utrum
ipse a Papa fuerit castigatus? R. quod
 exiguo tempore Romæ morati, biduo
 post inde partiti sint, proin nullam ha-
 de re habuerint notitiam. IV. *Quæ*
ergo Papa homines hac notitia instruc-
ctos non ablegavit? R. quia Pontifex
 jam ex eorum Congregatione nomi-
 naverat Missionarios, qui Legatum comi-
 tarentur; cum autem res ad horum
 discessum nondum non fuissent dispositæ,
 hinc ambos hosce tanquam præcurso-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

res præire jusserit. V. An quædam
oretenus proferenda ipsis fuissent com-
missa? respondentibus nil singulare eis
fuisse demandatum, sed duntaxat, ut
ea, quæ in Pontificis epistola, quam
Romæ legissent, contenta sunt, fufius
exponerent, ad hoc responsum mox re-
gesserunt Mandarinii, quidnam hæc e-
pistola contineret, & an præter illam
adhuc aliud scriptum eis datum fuerit,
ad hanc quæstionem ambo summam
eorum, quæ in hac epistola contine-
rentur, recitarunt, se vero nullum
aliud scriptum secum attulisse dixerunt.

VI. An de rebus Cardinalis Tournonii
notitiam haberent? R. eorum, quæ
in Sinis contigere, exactam notitiam
se non habere. Postea inquirebant
Mandarinii in nomen, dignitatem, an-
nos, & indolem novi Legati, & an is
æque turbidi ingenii vir esset, ac ejus
Prædecessor; si enim, addebant, talis
foret, Pontifex in Sinis nequidem ultra
nominandus esset. Hunc vero Virum
optimæ indolis, prudentem, doctum,
& moderatissimum esse, proin absdubio
Imperatori gratum fore respondebant
Missionarii. Interrogabant postmodum
Mandarinii præsentibus Ripa & Pedri-
nio, an hi duo homines forent probi,
atque a Pontifice missi? ad hoc respon-
debant, eos sibi nonnisi ex fama, &

Rr 2 boni

Sæc. XVIII. A. C. 1720. boni nominis commendatione notos, los tamen mandatos esse. Denique et ipsis hisce duobus Missionariis sciscitabantur, cujus ætatis, Religionis, & studii essent, & an artem quamdam qua Imperatori deservire possent, colerent, & utrum munera secum Imperatore deferrent, aut forte in Pedrinio & Ripa literas haberent, & pecunias Papa eis in viaticum dedisset, & an Peckini, vel Cantone morari velent? His quæsitis Missionarii ad Mandarinum *Chao Cham* vota plene satisfacere, eorumque responsa tabulis sunt inserta.

XLI.

Summi Pontificis lætitia ob profectum Legati Apostolici discessum ex Lusitania.

Orat. Confist. fol. 174.

Interim Clemens Papa ex Lusitania interis intellexerat, Mediobarbum Patriarcham Alexandrinum, ac Viceretorem Apostolicum a Lusitano Reipublice singularibus omnino honorum significationibus Ulyssipone fuisse exceptum, secundisque velis inde ad Sinensem Imperium cum suis provolasse. Ea Pontificis animum tam grato affectu gaudio, ut in secreto Purpuratorum Senatu die sexta Maij prospera huius itineris auspicia Cardinalibus solemniter

ritu denuntianda censeret, eos his ver- Sæc. XVIII.
bis allocutus: A. C. 1720.

„Dudum Vobis ex hoc loco signifi-
cavimus, quibus rationum momentis
adducti Visitatorem Apostolicum ad
Sinas, aliaque Indiarum Orientalium
Regna destinaverimss, quibus itidem
facultatibus ac Mandatis instructum
ad ejusmodi Provinciam Venerabilem
Fratrem Carolum Ambrosium Patriar-
cham Alexandrinum elegerimus: quid
demum Nobis consilii fuerit, cum il-
lum per Lusitaniã iter tenere, atque
inde ad Sinas solvere decrevimus.
Hodie miserentis Dei ope saluberrimo
huic operi obsecundante prospera ar-
dux hujus expeditionis auspicia vobis
ex eodem loco renuntiamus. Eximia
enim charissimi in Christo Filii nostri
Joannis Portugalix & Algarbiorum
Regis illustris pietas, ejusque in hanc
sanctam Sedem reverentia, necnon
dilatandæ rei Christianæ studium Re-
gio animo dignissimum, spes nostras
de conciliando susceptis consiliis Regali
patrocinio ratas fecit, prædictum sci-
licet Patriarcham præcipuis honoris
testimoniis prosecutus, amantissime ex-
cepit, liberaliter tractavit, honorifi-
centissime dimisit: ac non modo illum,
ejusque sacræ militiæ socios pecunia
& comeatu instruxit, nauti impensas

Rr 3

ex

Sæc. XVIII. „ex Regio suo ærario erogandas ma- „un
 A. C. 1720. „davit. neque ullas benevolentiae pa- „fol
 „tes sibi reliquas fecit, verum etiam „ctu
 „injuncto ei a Nobis muneri utilius „in
 „ac felicius obeundo, quod potissimum „fir
 „optabamus, Regiæ suæ auctoritatis pre- „ac
 „sidium amplissime pollicitus fuit. Pre- gab
 „terea Patriarcham ipsam graviter Dis
 „sapienter per hæc rerum curandarum fuit
 „initia se gessisse, ac nostra apud Lu- Stu
 „tanam Aulam Mandata prudenter ne
 „deliter ac feliciter implevisse gavili- ibi
 „mus. Æquum idcirco censuimus, tia
 „læta hæc ad animarum salutem, di- cre
 „vni que Nominis gloriam amplifican- bel
 „dam primordia, tametsi fama ipsa præ- tur
 „nuntiante unicuique vestrum ea jan- bit
 „innotuisse non dubitemus, vobis tamen Jan
 „in hoc Consistoriali Aula congregatis dar
 „honorificentius communicare, ut in
 „animos vestros communi Nobiscum
 „soll. citudine de tam ancipitis, sed te
 „men salutaris, ac necessariæ expedi- Al
 „tionis successu suspensos lætificemur.
 „simulque ad preces Divinæ bonitati In
 „alacrius fundendas excitemus, ut quod ter
 „cæpit opus Clementissimus Dominus fol
 „ipse perficiat, cumque illa ipsa die lit
 „qua anniversaria Dominicæ Incarna- ca
 „tionis memoria recolitur, nempe vige- pa
 „sima quinta Mensis Martii, novum
 „hoc Evangelicorum præconum agmen „ua-

„unacum suo Duce ex Ulyssiponenſi litore Sæc. XVIII.
 „ſolverit, tanti Miſterii fidem, ac fru- A. C. 1720.
 „ctum inferat gentibus ambulanti-
 „in tenebris, & auſpicatiſſimo Beatif-
 „ſimæ Virginis Nomine vera ſalus ægris
 „ac perditis populis annuntietur. „

Jam ante triennium in Sinis divul-
 gabatur quidam libellus ſub titulo.
*Diſquiſitio quarumdam obtreſtationum Je-
 ſuitas calumniandi, & Miſſiones evertendi
 Studio a malevolis diſſeminatarum ad Si-
 nenſes Miſſionarios directa,* quoniam vero
 ibidem non modo prohibiti ritus, ſed e-
 tiam inobedientia contra Pontificis de-
 creta vindicarentur, ea propter hic li-
 bellus Anno 1718. per ſingulare decre-
 tum a Peckinenſi Epifcopo fuit prohi-
 bitus, & hoc anno die vigefima quarta
 Januarii ab Inquiſitione ad rogam
 damnatus.

§. XLII.

*Alberonius Cardinalis ex Hispaniarum Hiſt. Univ.
 Regno exulare juſſus.* t. 8. p. 667.
 Gottfrid.

Interim Hiſpani infauſto Marte in Ita-
 lia pugnabant; jam enim anno præ-
 terito eorum claffis, quæ Jacobum III.
 folio Anglico reddere parabat, ad Angliæ
 littora provolans, ventorum impetu
 captis ferme omnibus Hiſpanis diſſi-
 pata eſt, alia a Bingio Archithaſſo An-
 glico

cont. Hiſt.
 Chron. l. 16.
 pag. 779.
 Vita Albe-
 ron. Card.
 part. 4. p. 5.
 Hæberlin
 Hiſt. Polit.
 Sæc. XVII.
 An. 1720.

Rr 4

glico An. 1720.

Sæc. XVIII. glico ad Syracusas navali prælio, ple-
 A. C. 1720 risque navibus aut demerfis aut ince-
 fis captisque profligata erat, insuper
 Cæsar in Sicilia gemino prælio trium-
 phans, Messinam, Liparitanam Insi-
 lam aliasque urbes occupavit, Gall-
 quoque in ipsa Hispaniæ viscera gra-
 fantes arcem Monteleonem, Binobiarum
 pluraque alia loca expugnarunt, &
 tandem Fontem rapidum, arcem ar-
 & natura munitissimam post unius Mes-
 sis obsidionem, & die prima Augusti
 arcem S. Sebastiani & Jupuscoam pa-
 ctis conditionibus in deditionem ac-
 ceperunt: Tam infaustas Hispaniæ ex-
 peditionis successus tacitam armorum
 cessationem furdis auribus induxit, hoc
 que anno prope nullum in Italia be-
 lum erat, nec in mutuum unquam
 conspectum, nedum ad manus, venerat
 hostes. Exitiosum pariter erat Hispa-
 nis foedus quadruplum Londini decem-
 ma septima Februarii ante biennium
 inter Cæsarem, Galliam & Angliam
 initum, cui etiam accesserat Sabaudicæ
 Dux, & Batavorum accesserat quoque
 timebatur: Philippus igitur quintus
 Hispaniæ Rex aucto hostium numero,
 suisque copiis terra marique profligatis,
 nil propius habebat, quam totius
 Hispanicæ Monarchiæ exitium, cumque
 Reges Ministrorum merita ex-
 con-

consiliorum eventu metiri, plerumque Sæc. XVIII.
 soleant, Philippus tanti mali culpam A. C. 1720.
 totiusque indignationis molem in Prin-
 cipem de Cellemare & præcipue in Car-
 dinalem Alberonium effundebat, eo-
 quod hujus potissimum suafu & artibus.
 Rex decumani hujus belli aleam jecif-
 set: Nondum tamen Alberonius ani-
 mum desponderat, sed Regem suum
 tam firma spe de Gallis in Hispanorum
 opem certatim conflururis deceperat,
 ut Philippus Quadruplo foederi acce-
 dere constanter renuens, in Gallorum
 castris, ipsaque Parisina urbe Regiam
 declarationem, qua Gallos ad dese-
 renda Ludovici XV. signa sollicitabat,
 in vulgus spargi curaret: Verum huic
 quoque conatui prosper defuit succes-
 sus; Parisiense enim ceteraque Parla-
 menta hanc ipsam Hispani Regis de-
 clarationem unacum aliis quinque li-
 bellis ab Alberonio hanc in rem in Fran-
 cia divulgatis imprimi, divendi, ac
 retineri, indictis severissimis poenis pro-
 hibuerunt. Hæc vero molimina ad præ-
 cavenda, quæ indies propius Regno
 imminabant, mala nimis erant infirma,
 quocirca ex præcipuis Proceribus sex-
 decim infauftam Monarchiæ sortem
 miserti, Philippo Regi scriptum quod-
 dam porrexere, in quo bellum contra
 tot tamque potentes hostes diutius con-

R r 5

anua-

Sæc. XVIII. A. C. 1720. tinuari haud posse exponebant, eoquod
 præter innumeros pene homines miserè
 cæsos ingentibus pecuniarum impensis
 Regnum esset exhaustum, classes dimi-
 patæ, ac everfæ, celebriores urbes ex-
 pugnatæ, & plurium Provinciarum in-
 ctura certo timenda esset; nihilominus
 tamen Alberonius Cardinalis alienip-
 na, infelixque consiliorum Architecta
 clandestinis suis artibus, vanisque me-
 lioris fortunæ promissis ad totius Mo-
 narchiæ exitium Regem ab ineunda
 pace absterrere nitebatur: Enimvero Al-
 beronius tandem fabulam in se cudi pro-
 spexerat, unde pro more suo belli Sa-
 culi infelicitatem in solum Marchionem
 de Lede Hispani exercitus Ducem exo-
 nerare intentus, eidem exprobat,
 quod in unius Malazzensis Urbis obe-
 dione præter omnem expugnationis
 spem hæssisset, & Cæsareos in Franco-
 villano prælio fugatos insequi, eisque
 ad Messinensem urbem aditum præcibi-
 dere, obsessamque liberare neglexisset.
 Attamen Alberonius nec alienæ culpe
 umbra propriam tegere, minus vero
 Procerum invidiam declinare poterat.
 Rex enim turbidis Alberonii consiliis
 in extremas angustias conjectum agnos-
 cens, quamprimum ex castris Madri-
 ritum venerat, in sanctiore Senatu de
 recuperandis hucusque amissis, & de

opportuno hostibus resistendi medio de- Sæc. XVIII.
 liberari præcepit, cunctis vero pacem A. C. 1720.
 suadentibus, & contra Cardinalem de-
 clamantibus, & ipso Marchione Scotti
 palam declarante, quod Cæsar nun-
 quam Hispanis pacem esset concessu-
 rus, nisi prius Alberonius Madri-
 tensi Aula ejiceretur, Rex die quinta
 Decembris Michaeli Durantio, quem
 a secretis habuit, literas Regio Sigillo
 munitas, moxque Alberonio tradendas
 consignavit, quibus eidem significatum,
 quod ab Hispanarum rerum procura-
 tione amotus, nec Aulam, nec Regis
 aut ullius Regii Principis conspectum
 subire auderet, sed intra octiduum Ma-
 drito, & tertia post hebdomada ex toto
 Regno excederet, atque in Italiam
 protinus reverteretur. Hoc mandato
 Cardinalis velut fulmine tactus, eo gra-
 viore doloris sensu opprimebatur, quo
 indignius se haberi reputaret, eoquod
 Rex hoc idem decretum in publicis
 Madritensibus novellis imprimi juberet,
 seque pacis obtinendæ studio ad hanc
 severitatem compulsus fuisse declararet,
 cunctisque Aulæ Ministris omne cum
 Alberonio commercium interdiceret,
 simulque Hispalensi Archiepiscopatu,
 ceterisque beneficiis eum privaret.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. XLIII.

*Idem Cardinalis Pontificis jussu Genuam
in custodiam datus.*

Igitur Cardinalis Alberonius die undecima Decembris Madritum excedens, Cataloniam contendit, ubi Regis Administro omnes ejus sarcinæ diligentius excussæ, pluresque literæ inde depromptæ Madritum remittebantur, ipse vero a Provincialibus Hispaniæ militibus hostiliter invasus, cunctisque pretiosioribus spoliatus, ut vitæ suæ securitati consulere, aliena veste indutus, pedes Gerundam venit, inde Antipolin, urbem in Franciæ finibus sitam, die decima Januarii hoc anno delatus. Haud ægre quidem publicæ securitatis literas a Philippo Aurelianensi Duce ibidem obtinuit, cum tamen Parisiis colloquendi veniam impetrare nequivit, quamvis unius dumtaxat quadrantis horæ spatium ad detegenda maximi momenti negotia sibi indulgeri impensissime rogasset. Itaque iter suum Genuam versus profectus, & die quinta Februarii Sevetre Tiguliorum appulsus ibidem aliquamdiu subsistere statuit, multiplici tædio fractas reparaturus vires. Verum præter omnem expectationem Pontificis

Cur.

Cursor Roma adventans, coram testi- Sec. XVHL
 bus & Notario literas Alberonio con- A. C. 1720.
 signavit, quibus eidem Pontificiam di-
 tionem ingredi Romamque venire in-
 terdictum, nisi captivus in arce S. An-
 geli detineri vellet: comperto enim
 Alberonii adventu mox Cæsareus Ora-
 tor Papam adiit, postulans, ut huic
 Cardinali, utpote jurato Imperatoris,
 Austriacæque Domus hosti in Pontificiis
 terris commorandi facultatem denega-
 ret. Insuper die vigesima quarta Fe-
 bruarii Pontifex Patrem Maynerium
 FF. Cruciferorum Vice - Procuratorem
 Generalem Roma Genuam veredariis
 equis unacum literis contendere jussit,
 quibus Dux & Senatus per ipsum etiam
 Cardinalem Imperiali & Hispaniæ Le-
 gatum rogabatur, ut Cardinalem cu-
 stodiæ ob gravissimas causas totius Chri-
 stianæ rei bonum concernentes dari
 curarent, ac demum Pontificio S. Inquisi-
 tionis Commissario traderent: Tergi-
 versabatur primo Senatus, habita ta-
 men deliberatione Morganium Tribu-
 num cum sexaginta militibus Sevestam
 decrevit. Hic ergo die vigesima quinta
 ejusdem Mensis eo delatus, Alberonio
 denunciabat, ut ex Pontificis, Roma-
 næque Inquisitionis mandato captivus
 in Palatio suo hæreret, nec inde pedem
 offerre præsumeret. Tam arête per ali-
 quot

Sæc. XVIII. quot dies custodiebatur Cardinalis, ut
A. C. 1720. ab omni aditu, literarum commercio, ho-
 minumque colloquio arceretur, ac in-
 super juvenis, quem ab epistolis ha-
 buit, captus Clavarum abduceretur. Re-
 tamen maturius perpensa Senatus civi-
 tatis, hospitalitatisque jura violari ve-
 ritus, summum Pontificem datis li-
 ris rogabat, ut apertius significare ve-
 let, qua ratione delictum, cujus Car-
 dinalis insimulatus in custodia detine-
 retur, religionem concerneret: post-
 quam vero de re potius politica agi,
 ex Pontificis responso patebat, Senatus
 die duodecima Aprilis revocato fidele-
 litum Præfecto Cardinalem in pristinam
 asseruit libertatem: Hic vero aliquan-
 diu adhuc Sevestæ hæsit, dicere solet,
 suæ libertati, dum a militibus custodi-
 retur, magis fuisse consultum, quam
 dum libertati redditus esset, eoquod
 neminem haberet, cui se tuto com-
 mittere posset.

§. XLIV.

*Romanæ Inquisitionis acta in eundem
 Cardinalem.*

Hist. Univ.
 t. 8. *Period.*
 2. p. 849.
Vit. Card.
 t. 3. p. 109.

Quamprimum Clemens Pontifex pri-
 mas Genuensis Senatus literas re-
 ceperat, mox die sexta Aprilis Cardi-
 nales Astallium, Barberinium, Calo-
 nium,

nium, Imperialium, & Scottum con- Sæc. XVIII.
vocavit, eisque injunxit, ut in Albe- A. C. 1720.
ronii Cardinalis causam & gesta exacte
inquirerent, eumque in sacræ Inqui-
sitionis Tribunal publicis literis intermi-
nataque amittendæ Purpuræ pœna ci-
tarent, eo fine, ut ipse de objectis ac-
cusationum articulis rationem redderet.
Accusabatur autem, I. quod classem
contra Turcas instructam in Sardiniam
contra Cæsarem vella facere jussisset,
motoque Italiæ bello crebras Cæsarei
exercitus victorias de Turcis reportatas,
earumque cursum sistere, imo etiam
cum Christiani nominis hoste commer-
cium fovere conatus sit, II. quod pec-
cunias, quas ex Ecclesiasticorum de-
cimis Papa Regi duntaxat ad Turcici
belli expensas indulserat, in bellum
contra Cæsarem converterit. III. Quod
occasione litis ob Pontificiam Da-
tariam concitatæ, incio Rege, tan-
tum effecerit, ut omnes Hispani Romæ
agentes inde revocarentur. IV. Quod
Ecclesiarum, & præsertim Tarraconen-
sis bona usurparit. V. Quod Pontifi-
cis literas ad Hispanos Præsules datas
suppresserit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. XLV.

*Alberonii Cardinalis vindiciæ contra
hæc accusationum capita.*

Interim Cardinalis Alberonius ex Co-
nuensi ditone ad castrum Grimaldi,
quod Cæsareum erat feudum in Medi-
lanensi Ducatu ad Genuæ fines sita-
secesserat, ibidemque a Saraconio Ab-
bate Roma misso citationis decretæ in-
ter as recepit: Attonitus Cardinalis
nil minus quam Romam venire, con-
sultum, tutumque existimabat, ne tra-
men imputatorum criminum reus ex
ipsa taciturnitate haberetur, apologiam
conscripsit, eamque ad præfatos Car-
dinales hujus causæ Judices transmisit.
Primum igitur accusationis articulum
diluuit, declarando, quod Popolien-
Dux Regem ad Italicum bellum pro
vindicanda Molinoli Hispani Oratoris
captivitate concitaverit, ipse vero hinc
consilio usque adeo sese opposuerit, ut
propterea ipsius Regis indignationem
in se accersisset: Ad secundum respon-
dit, Regem has decimas, approbante
quodam Theologo Hispano doctrina ce-
leberrimo, in hoc bellum convertisse.
Contra tertiam accusationem Albero-
nius suam innocentiam comprobare ni-
tebatur testimonio Patris D'Aubentonii
Jesuitæ

Jesuitæ Regii Confessarii & Abbatis Portocarero, quamvis ambo capitales ipsius hostes essent. Ad quartum reposuit, Regem gratiose indulgisse, ut Tarraconensis Ecclesiæ reditus, approbante quodam Theologo ad sustinendos pene immensos sumptus, quos officiorum amplitudo deposcebat, impendere posset. Quintum accusationis caput eludebat veteri consuetudine, vi cujus omnes Hispaniæ Præsules Castellæ Præsuli Apostolicas literas ab eodem examinandas tradere tenerentur, id igitur sibi utpote supremo Regis Administrato juris quoque fuisse. His ita expositis Alberonius vehementer querebatur, quod scriptis & literis sibi in suo ex Hispaniis discessu ereptis, suam innocentiam agendique rationem authenticis monumentis validius comprobandi copia fuisset adempta: Hujus apologiæ exiguam omnino rationem habebant Cardinales dijudicandæ huic causæ præpositi, qui indefesso studio judicii acta instruere pergebant: unde urgentibus Hispanis absdubio Alberonius Purpura spoliatus fuisset, nisi ingruens morituri Clementis XI. nox huic Cardinali serenius cælum aperuisset.

Ejecto igitur ex Hispaniis Alberonio, ac præcipue infausa belli forte territus Philippus V. Hispaniæ Rex

Hist. Eccles. Tom. LXX. Ss pa-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Sæc. XVIII. paci ad quadruplici foederis normam
 A. C. 1720. hoc anno accessit, unde Cæsar Sabauda
 Sardiniam reliquit, Cæsar vero Sicilia
 recuperavit, ceteris controversiis
 nondum definitis ad Cameracensem
 conventum rejectis.

§. XLVI.

*Variae controversiæ Papam inter
 Cæsarem.*

Quamvis Sicilia, ejectis Hispanis, ad
 Cæsaris obsequium redierit, nihilominus
 tamen Constitutio, qua Pontifex die
 vigesima Februarii Anno 1714. Tribunal
 Monarchiæ Siculiæ abrogatum non modo
 non recipiebatur, sed etiam Nicolaus
 Pignatellus Dux Montis Leonis novus
 Siciliæ Prorex Josephum de Fos deputabat,
 ut Judicis officio abilitate hujus
 Monarchiæ fungeretur. Re comperta
 mox Pontifex Franciscum Pignatellum
 Sabinensem Episcopum Cardinalem Pro-
 Regis Fratrem datis literis incitavit,
 jussitque, ut serio ac diserte Fratrem
 suum moneret, fixum decretumque esse
 Pontifici, ut præfata Constitutio, necnon
 omnia ea, quae de cognitione causarum
 ad forum Ecclesiasticum ibidem pertinentium
 facta fuerint, intacta fuere, inconcussa
 ac inviolabilia ab omnibus observarentur:
 Nec his

Hist. Univ.
Period. VII.
Part. VIII.
 pag. 851.
Gottfr. Cont.
Hist. Chron.
 l. 17. p. 767.

erat contentus Pontifex, sed hanc in Sæc. XVIII.
 rem ad ipsum Pro-Regem die decima A. C. 1720.
 tertia Januarii hæc perscripsit: „Ad-

„duci haud possumus ad credendum,
 „Te ab insigni adeo & manifesta hujus
 „sanctæ Sedis injuria Regiminis tui
 „primordia auspicari velle, ac prorsus
 „confidimus fore, ut pro spectata pru-
 „dentia tua mature tecum reputes,
 „ac expendas graves in memoratis no-
 „stris literis Apostolicis inflictas pœnas,
 „in quas magno cum animæ tuæ de-
 „trimento palam incideres, siquid, vel
 „contra earundem literarum disposi-
 „tionem attentari mandares, vel etiam,
 „a quoquam attentatum exequi præ-
 „sumeres. Meliora itaque de insita
 „Tibi pietate ac religione Nobis polli-
 „centes, Te prædicti Regni Admini-
 „stratore, nil nisi faustum, atque tran-
 „quillum Ecclesiæ Apostolicæ Sedi e-
 „venturum esse speramus, & ea freti
 „fiducia diuturnam incolumnitatem læ-
 „tosque indies rerum successus divina
 „clementia postulamus Nobilitati tuæ,
 „cui paternæ interim charitatis nostræ
 „pignus, Apostolicam benedictionem
 „peramanter impertimur.”

Cum autem se literis, monitisque
 nil profecisse cerneret, ipsum Nepotem
 suum Alexandrum Albanum Viennam
 decrevit, eique literas Cæsari consignan-
 das

Sæc. XVII. A. C. 1720. das die sexta Februarii tradidit, in quibus significabat, se de præteritis Ecclesie malis depressum, præsentibus commotum, & de futuris timidum in sola potenti Cæsaris auxilio eo firmiorem reponere fiduciam, quo promptiore animo ipse Cæsar sacræ Sedis Defensionem atque Advocatum in omni occasione se exhibiturum, atque arctissimum Sacerdotium inter & Imperium unionem procuraturum in suo responso ad literas Mense Februario anni prioris datas pollicitus esset: Precabatur igitur Pontifex, ut hunc suum Nepotem Imperator benigne exciperet, & Sedis Apostolicæ rationes maxime sibi commendatas habere, ejusque tum præteritis tum ob noxia pacis consilia impendentibus detrimentis strenuam benignamque operam afferre velit. Hunc autem Nepoti suo Pontifex in mandatis dedit, ut Urbem ac Comitatum Comaclensem restitui, Siculæ Monarchiæ jurisdictionem in res Ecclesiasticas arrogari, extincta Farnesiana stirpe Placentinum Ducatum Ecclesie rursus uniti Albanianæ familie feudum in Neapolitano Regno unicum investitura concedi, & Episcopatum collationem in præfato Regno unice sacræ Sedi reservari peteret. Spem benigni responsi ad hæc petita intercidebat nova dissensio Romæ exorta;

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

exorta; postquam enim Cardinalis de Althan Cæsareus Orator die decima octava Augusti Romanam Urbem solemni pompa ingressus erat, Jesuitam Cinfuegos ad Purpuram, & Viennensem Episcopatum ad Archiepiscopatus dignitatem elevari a Pontifice petiit, contenditque, ut honorifico stipatus satellitio præter morem ad omnes solemnitates in curru sexjugibus equis vehi permetteretur: Inde vero inter ipsum & Cardinalem Hannibalem Albanium Apostolici Fisci Præsidentem, ac Pontificis Nepotem gravis oriebatur dissensio, quæ plurimum augebatur, postquam Pontificius vectigalium Præfectus tabacum, aliasque res, quas Cæsareus Veredarius Mediolano Romam invexerat, velut prohibitas merces auferri jusserat; mox enim Althanius Cardinalis, qui hac agendi ratione Cæsareæ postæ jura fuisse violata credebat, vicem rependere statuit, ac propterea eidem Veredario vidulum suum ante Romanæ Urbis portas per suos eripi jussit: Re comperta Pontifex Althanio petitam alloqui gratiam denegavit; Imperator vero aut satisfactionem præstari, aut pariter Albanium Pontificis Nepotem ab aula excludi voluit: Pontifex igitur, ne novæ contentioni ansam præbere videretur, Athanium con-

Sæc. XVIII

A. C. 1720.

fueto more ad alloquium admisit, ac insuper Albanio Cardinali in mandatis dedit, ut Purpura indutus, Althanium visum iret: quo facto Althanius Cæsareus Orator Marchioni de Bufalo supremo Pontificiæ Postæ Magistro inhibuit, ne deinceps se incio Veredarium Neapolin ablegaret, cum vero in alia ditione Oratoris facultas hac in re recedi crederetur, Hic Veredarium promote Beneventum decrevit, quem tamen Althanius, desuper summo Pontifice apud Cæsarem vehementer querente, denuo in Neapolitani Regni finibus detineri, suisque literis spoliari iussit. His accessit nova querelandi occasio; cum enim Pater Diez, aliusque Sacerdos pecunias ad Palæstinensem Missionem destinatas interceptisse accusarentur, ac propterea ambo in ius reperentur, idem Cardinalis Althanius soli Cæsari jus Patronatus in Palæstinam ac jurisdictionem in ejusmodi eventibus competere contendens, sententiam a S. Congregatione de Propaganda pronuntiatam revocari iussit. Nec minor molestia accrevit Pontifici, dum Cardinalis de Judice, qui relictis Hispani Regis partibus Cæsari adhæsit, summo Pontifici denunciabat, Imperatorem petere, ut Castrensis Ducatus, & Comitatus Roncilionensis Farnesiane

fianæ Domui restituerentur: cum vero Pontifex hac ratione juri suo derogatum arbitraretur, per Fontaninium, tunc celeberrimum Causidicum rationum suarum momenta solidissimo scripto comprobari præcepit, Cæsaremque placaturus, Patrem Cinsuegos Purpura donavit, & anno sequenti die sexta Martii annuit, ut Episcopatus Viennensis in Archiepiscopatum eveheretur, quæ tamen res interveniente Clementis XI. obitu non nisi sub Innocentio XIII. ejus Successore plene confecta est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. XLVII.

Ludovicus Belluga Cardinalis Purpuram acceptare a Papa jussus.

Jam supra memoravimus, quod Philippus V. Hispaniæ Rex sese inaugurationi Ludovici de Belluga Cardinalis per Cardinalem Aquavivam opposuerit, eoquod hic adversus immodicas Hispanæ Ecclesiæ libertates librum edidisset, ac insuper Pontificis Bullam, qua Hic decimarum concessionem Hispano Regi factam revocabat, promulgasset, aliunde vero Rex nullatenus Ludovicum, sed Patrem D'Aubantonum Jesuitam, conscientiæ suæ Moderatorem ad Romanam Purpursm evehi malisset. Eapropter nuntium, qui Ludovico

*Vid. supra pag. 265.
Hist. Univ. Period. II. cap. 8. t. 8. pag. 844.*

Sæc. XVIII rubrum Galerum deportaret, Regi
 A. C. 1720. jussu Dominus de Caylo in Regni
 nibus detinuit, & Galerum ad Hispaniæ Regem remisit, quo comperto Ludovicus, ne Regis indignationem acris in se concitaret, huic dignitati ultionarium mittere decrevit. Hanc in finem literis, precibus atque obtentionibus sæpe summum Pontificem & Cardinalem Fabronium fatigabat, atque inter alias rationes etiam voti a se emissi religionem de non acceptandis ejusmodi dignitatibus obtendebat, Solemnemque suæ renuntiationis actum Romam trans mittebat. Verum Pontifex hujus Cardinalis precibus haud deferendum ratus, die vigesima Martii habito sacro Purpuratorum Senatu rationes suas exposuit, quibus peremptus, consilium suscepisset præcipiente præfato Cardinali, ut delatam dignitatem acceptaret: His autem verbis Cardinales alloquebatur Pontifex.

Venerabiles Fratres!

„Ubi nuper de Viris pietate & doctrina præstantibus, & de hac sanctæ
 „Sede præclare meritis Cardinalibus
 „creandis deliberavimus, observata in
 „primis fuit oculis nostris eximia virtus
 „dilecti Filii Nostri Ludovici de Belluga

„& Moncada Episcopi Carthaginensis Sæc. XVIII.
 „jam pridem digna, quæ excelsiori loco A. C. 1720.
 „posita non amplius intra unius Ec-
 „clesiæ limites coarctaretur, sed latius
 „se effunderet in Ecclesiæ universæ uti-
 „litatem. Illum propterea, sicuti no-
 „stis, cum pluribus aliis egregiis ac
 „bene meritis viris in amplissimum ve-
 „strum ordinem cooptavimus, ac S. R. E.
 „Cardinalem renuntiavimus, ad No-
 „stræ sollicitudinis adjumentum, ad
 „Apostolicæ Sedis præsidium, ad Mi-
 „nisterii Vestri laborisque consortium,
 „Verumtamen nostra hæc non minus
 „justitiæ quam benevolentiae sententia,
 „tametsi fraternitatum vestrarum suf-
 „fragiis commendata, & prolixis pri-
 „vatisque ceterorum gratulationibus
 „excepta ipsum duntaxat modestissi-
 „mum & Religiosissimum Episcopum
 „contristavit, ita ut per datas ad Nos
 „litteras precibus, obsecrationibus, &
 „potesationibus plurimis collatum sibi
 „honorem declinare tentaverit, neque
 „solum causas plerasque suæ cuncta-
 „tionis attulerit, sed aliorum etiam
 „apud Nos officia ad obtinendam de-
 „mandati Ministerii immunitatem per
 „multas tam vobis, quam aliis scriptas
 „Epistolas imploraverit, tantoque stu-
 „dio conatus fit, ut dignitatis ampli-
 „tudinem defugeret, quantum vix filij
 „hujus

Sæc. XVIII. „hujus sæculi adhibere possent, ut ho- „ce
 „nores arripiant. Inter cæteras vero „ci
 „moræ sæc. caussas voti cujusdam antea „ta
 „emissi, ac forsitan etiam jurisjurandi „pu
 „religione a novis ejusmodi honoribus „hu
 „ac muneribus accipiendis se submo- „ap
 „veri significavit, hæc tamen optati „tu
 „Antistitis cunctatio, cum novum „st
 „firmissimum Nobis ediderit ejus „ni
 „tutis testimonium, non modo Nos „ta
 „proposito non deduxit, verum in per- „g
 „solvendi præmii judicio amplius con- „n
 „firmavit, quamobrem divino prius „ca
 „enixis precibus invocato præfatio „gi
 „habitaque super hac re cum nonnullis „au
 „ex fraternitatibus vestris, aliisque „vi
 „tate, prudentia ac doctrina præstantibus „re
 „viris deliberatione matura, de illorum „ri
 „unanimes consilio, ac etiam motu pro- „su
 „prio, & ex certa scientia nostris, deque „hu
 „Apostolicæ potestatis plenitudine „ve
 „quem antea meritissimum quidem, sed „ne
 „nec cogitantem in sacrum vestrum „ef
 „Collegium adscriperamus, hærentem „N
 „modo, nolentem, renuentem ac pro- „m
 „pterea magis merentem, in virtute „sp
 „sanctæ obedientiæ ad accipiendam „su
 „Cardinalatus dignitatem compelle- „F
 „dum censuimus, eique tam voti, quam „qu
 „etiam, si opus esset jurisjurandi vir- „ve
 „culum relaxavimus per literas nostras „D
 „in forma Brevis, quod ad illum, per „na
 „cele

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

„celerem curforem jam missimus, præ-
 „cipuum propediem ex ejusdem digni-
 „tatis insignibus, Birretum scilicet pur-
 „pureum, de mare missuri. Integram
 „hujusce rei seriem Vobis ex hoc loco
 „aperiendam duximus; ut de tantæ vir-
 „tutis laude, ac societate gaudium ve-
 „strum impleatur. Etsi enim commu-
 „nis ea sit omnibus causa lætitiæ, debet
 „tamen in peculiarem Ordinis vestri
 „gratulationem redundare, ad quem
 „nimirum solum a Pastorum Principe
 „cælestem coronam expectans Cartha-
 „ginensis Episcopus non ancipitem,
 „aut lubricam, sed certam tutamque
 „viam sibi munivit, atque ut intra-
 „ret, salutari metu ac religione deter-
 „ritus, meruit etiam compelli, dum
 „summo pietatis candore ac Christianæ
 „humilitatis sinceritate, ac dignitatis
 „vestræ sublimitatem meritis æquasse,
 „nec ferendo oneri parem se viribus
 „esse fateretur. Quemadmodum igitur
 „Nos officii Nostri esse duximus ad præ-
 „missa devenire, ne tam illustre virtutis
 „specimen sacri collegii vestri splendori
 „subtraheretur, ita Vos Venerabiles
 „Fratres de præclaris hisce exemplis,
 „quæ præcipua sunt gradus, locique
 „vestri ornamenta, debitas virtutum
 „Domino gratias agite, simulque divi-
 „nam opem gravissimis aliis consiliis
 „no-

Sæc. XVIII. „nostris ejusdem Ordinis vestri exi-
 A C. 1720. „mationem, & honorem non minus,

„imo etiam amplius, respicientibus
 „propitiam assiduis, atque accuratis
 „precibus implorate. „

Jam antea Pontifex allatas hujus
 Cardinalis rationes confutabat, eisdem
 præcipiens, ut sine ulla mora sua
 augurationis assensum præberet, &
 que sine Pontifex die duodecima eju-
 dem Mensis has ad eum dedit literas

„Ut Te ad amplissimum S. R. E.
 „Cardinalium ordinem una cum aliis
 „egregiis, ac benemeritis viris veneremus,
 „non humanæ rationes, aut ullius
 „favoris suffragia, sed Apostolatus nostri
 „officium, atque eximia virtutum
 „rum merita Nos duntaxat adduxerunt.

„Itaque cum literas tuas piis sacroque
 „Antistite vere dignis sensibus referas

„nec sane ullius, præterquam immen-
 „descibilis coronæ desiderium spirantes
 „accepimus, quibus delatam dignitate

„tem novam sincero Christianæ huma-
 „nitatis studio a Te deprecaris, summe

„que animi demissione causas aper-
 „accesione abhorre, ac refuges

„compellunt, tanto gratius intelle-
 „mus nostrum de promeritis tuis

„diciam novis argumentis confirmari
 „quando collata tuæ virtuti præ-

„tibi sensimus accidisse graviora. Quem Sæc. XVIII.
 „autem prætendis *timor omni securitate* A. C. 1720.
 „*appetendus*, quo Ecclesiarum sollicitudo
 „districta est, quique tibi non tam ho-
 „noris titulos, quam laboris pericula
 „circumspectanti humeris imposito oneri
 „subducere suadet, animum nostrum
 „vehementius sollicitat idemque cogit,
 „ut non volentes neque currentes, hoc
 „est, non quæ sua sunt, quærentes,
 „& humanis præmiis præpostere in-
 „hiantes, sed cunctantes, sed renuen-
 „tes, sed verecundos, sed timoratos,
 „qui præter Deum, tantum timeant
 „nihil, nihil sperent, nisi a Deo, su-
 „per candelabrum in hac sublimiori
 „Romanæ Ecclesiæ specula collocemus
 „ad universæ Christianæ Reipublicæ
 „præsidium & utilitatem. Rationes igi-
 „tur Apostolicæ Sedis ac Ministerii No-
 „stri debitum precibus tuis, allatisque
 „cunctationis causis anteferentes,
 „primum quidem omnipotenti Deo gra-
 „tias agimus, quod fortitudinem tuam,
 „quam in Episcopali munere obeundo,
 „atque in tuendis Ecclesiæ, & ejusdem
 „Sedis juribus nullo hactenus pericu-
 „lorum metu fractam probaverat, e-
 „tiam adversus temporalis gloriæ blan-
 „dimenta præstiterit invictam, atque
 „inter adversa pariter, ac prospera,
 „ad bonorum laudem, ad pastorum
 „exera-

Sæc. XVIII. „exemplum illustraverit, ut omnes in
 A. C. 1720. „telligant etiam loquentes iniqua, Te
 „non terrenæ cujusquam mercedis
 „desiderio inductum, sed cælestis dur-
 „taxat retributionis spe allectum, ho-
 „nique pastoris exempla & præcepta
 „secutum, Ministerium quod accepit
 „strenue, impigre ac fideliter im-
 „visse, deinde te, dilecte fili Noster, e-
 „rio tecum reputare optamus hoc etiam
 „insigne esse humilitatis experimentum
 „si cervicem libenter submiseris, ubi
 „operam tuam sancta Mater Ecclesia
 „requirit, & quo regentis voluntas
 „duxerit, illuc obedientibus Mentis
 „gressibus prosequaris. Queis siquidem
 „ut Beatus Gregorius, cujus hodie in-
 „niversariam memoriam celebramus,
 „admonuit. „ Nobis & ex corde appe-
 „tenda est, sed tamen pro multorum
 „lucro aliquando postponenda, licet
 „itaque tibi sepositæ vitæ tranquillitas
 „blandiatur, quærendique Religiosi re-
 „cessus cogitationem non minus illata
 „sacris rebus detrimenta, quam in-
 „proborum temeritas suggerant, decet
 „tamen sapientiam virtutemque tuam
 „ut non convertaris in die belli, sed
 „induaris fortitudine tua, cum gravio-
 „ribus christiani populi periculis sit
 „miora adhibenda sunt præsidia, quod
 „si Nobis fas esset, quæ memoratus
 „san-

„sanctissimus prædecessor noster solius Sæc. XVIII.
 „sue eximie humilitatis impulsu sub- A. C. 1720.
 „junxit, verba usurpare, veritate Nos
 „impellente etiam adderemus: Nos
 „quoque, qui indigni ad locum regi-
 „minis venimus, infirmitatis nostræ
 „conscii, secretiora loca libenter pe-
 „tissimus, sed superna Nobis judicia
 „adversari conspicientes, jugo Condi-
 „toris cervicem cordis subdidimus, obe-
 „dienter secuti, quod misericors de No-
 „bis Regentis manus voluit operari.,
 „Ceterum quoad votum, quod insuper
 „scribis, te emisisse, idque etiam forsitan
 „jurejurando confirmasse, ne unquam
 „Novis dignitatibus, aut Ministeriis,
 „quæ tibi deferri contigisset, & quibus
 „ab Ecclesiæ istius Carthaginensis resi-
 „dentia abduci posses, assensum præ-
 „beres, eaque te religione ab acci-
 „piendo Cardinalatus honore ac munere
 „prohiberi. Nos ad fructus uberiores,
 „quos inde Catholicæ Ecclesiæ obven-
 „turos speramus, animum advertentes,
 „divini prius luminis, enixis, atque
 „accuratis precibus invocato auxilio,
 „habitaque super hac re cum nonnullis
 „ex venerabilibus fratribus Nostri ejus-
 „dem S. R. E. Cardinalibus, aliisque,
 „pietate, prudentia, atque doctrina
 „præstantibus viris deliberatione ma-
 „tura, de illorum consilio, ac etiam
 „motu

Sæc. XVIII. „motu proprio & ex certa scientia ma-
 A. C. 1720. „turaque deliberatione nostris, deque
 „Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi
 „harum serie in virtute sanctæ obedien-
 „tiæ præcipimus, & mandamus, ut
 „omni mora, dilatione & cunctatione
 „sublata, tui in sacrum eorundem Car-
 „dinalium Collegium cooptationi,
 „in Cardinalem creationi per Nos factæ,
 „præbeas assensum, ac delatam tibi
 „Cardinalis dignitatem hujusmodi ac-
 „ceptes, eamque satagas ad omni-
 „tentis Dei gloriam, sanctæque Roma-
 „næ Ecclesiæ utilitatem fideliter exer-
 „cere. Nos enim quodcumque vocum a
 „Te quomodolibet emissum, & quom-
 „tiscunque vicibus iteratum, de nunc
 „dignitate, prælatione ac munere no-
 „ceptando, consensuque desuper nos-
 „præstando, necnon quodcumque iur-
 „jurandum, si quod fortasse ea super-
 „re præstiteris, motu, scientia & po-
 „testatis plenitudine paribus, ad præ-
 „missorum effectum plenissime relaxa-
 „mus. Non ambigimus te probe nosse,
 „tunc ante Dei oculos veram esse ha-
 „militatem, cum ad respuendum hoc
 „quod utiliter subire præcipitur, per-
 „tinax non est, adeoque nec etiam am-
 „bigimus te præcepto huic nostro, ut
 „par est, humiliter atque alacriter
 „esse obsecuturum.,

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Tres Cardinales a Clemente Papa inaugurati.

Ejusdem anni die trigesima Septembris Purpuratorum Senatuum Clementis Papa habuit, in quo duos Sacro Cardinalium Collegio adscripsit, ex quibus primus erat Carolus Borgia Cantanella Pons & Lion Hispanus Patriarcha Indiarum, Alter vero Alvarus Cinsuegos itidem Hispanus Jesuita, qui Joannis Henriquez supremi Architalassi consuetudine usus, eidem author exstitit, ut prædivitem hæreditatem suam Carolo Imperatori relinqueret: Ipse vero tantum gratia apud eundem Cæsarem valebat, ut Hic illius inaugurationem importunius a Papa peteret: Ob quas autem rationes Pontifex huic Jesuitæ Purpuram conferre diu recusaverit, ipse his ad Alvarum literis octava Octobris die datis indicabat:

„Etsi diu, scribebat Pontifex, hæ-
 „sitaverimus, an charissimi in Christo
 „Fili Nostri Caroli Hispaniarum Ca-
 „tholici, necnon Hungariæ & Bohe-
 „miæ Regis illustris in Romanorum
 „Imperatorem Electi, precibus annuere
 „deberemus, Te dilecte Fili Noster in-
 „ter S. R. E. Cardinales adscribendo;

Hist. Eccles. Tom. LXX. T t scire

Sæc. XVIII. „scire tamen te volumus, nostram hu- „
 A. C. 1720. „jnsmodi hæsitationem non inde qui- „
 „dem profectam fuisse, quod vereremur, „
 „ne iis præditus esses virtutum me- „
 „ritis, quæ amplissimæ huic dignitati „
 „usquequaque responderent: Probe „
 „quidem exploratum Nobis erat, ut „
 „minus doctrinæ tuæ præstantia „
 „quam morum tuorum integritate „
 „Te eodem sublimi in Ecclesia Dei „
 „gradu maxime dignum constituere „
 „hæc autem nostra hæsitatio ex eo „
 „duntaxat metu processit, quem ani- „
 „mo conceperamus, ne novo hoc exem- „
 „plo, quod brevi annorum spatio „
 „ut optime nosti, jam tertium est „
 „tametsi Prædecessorum nostrorum tes- „
 „pore longe rariora extiterint, nimium „
 „relaxaretur laudatissimum Societatis „
 „jesu institutum: ad cuius scilicet pro- „
 „speram, & felicem conservationem, iuxta „
 „enixam Sancti illius fundatoris me- „
 „tem plurimum interesse dignoscitur „
 „ut qui in ea regularem professionem „
 „expresse emisissent, quemadmodum „
 „Tu illam emisisti, ab adimplenda ipse „
 „sione Deo facta per solemne votum „
 „nullam Ecclesiasticam dignitatem ac- „
 „ceptandi extra eamdem societatem „
 „minimè retrahantur. Quod ipsum te „
 „etiam probe agnovisse, ac probasse „
 „magna cum voluptate audivimus, „
 „cum

„cum omnes a Te & sane non semel Sæc. XVIII.
 „Christianæ humilitatis conatus adhi- A. C. 1726.
 „bitos fuisse percepimus, ut benevolum
 „Cæsaris animum a proposito dimo-
 „veres, objectaque voti a Te emissire-
 „ligione Cardinalatum declinares. At
 „ubi certiores novissime facti fuimus
 „plurimos & sane maximos ex tua ad
 „Cardinalatum hujusmodi promotione
 „non tam Apostolicæ Sedi quam Ec-
 „clesiæ universæ obventuros esse fru-
 „ctus, adeoque nullum inde oriri posse
 „exemplum, quod in perniciem præ-
 „sati instituti, eidem Apostolicæ Sedi,
 „arctiori cæteroqui vinculo addicti,
 „trahi unquam valeat, quavis abjecta
 „cunctatione in proxime habito consi-
 „storio nostro secreto Te in sacrum Apo-
 „stolicum Senatum illico cooptavimus,
 „Tibique insuper, ut huic tuæ inter
 „Cardinales cooptationi consensum
 „sine mora præstares, præceptum adje-
 „cimus, omnino consili fore, ut earum-
 „dem eximiarum virtutum, quæ tibi
 „tantam isthic existimationem compa-
 „rarunt, ope atque præsidio, celeri
 „felicique votorum nostrorum, quæ
 „plane justissima sunt, implemento suf-
 „fragari maxime possis. Præcipuum inte-
 „rim insigne collatæ Tibi excelsæ in Ec-
 „clesia dignitatis, purpureum scilicet bi-
 „retum, ad Te deferret isthuc adveniens
 T t 2 „dile-

Sæc. XVIII. „dilectus Filius Petrus Franciscus Buf-
A. C. 1720. „fius Cubicularius noster honorarius
 „tum ob præclara animi sui decora,
 „tum etiam ob arctam cum dilecto
 „filio nostro Joanne Baptista tituli S. Ma-
 „riæ in Ara cæli Presbitero S. R. E.
 „Cardinali Bussio nuncupato sanguinis
 „conjunctionem Nobis apprime commu-
 „natus, & acceptus, quem proinde
 „congruis humanitatis ac benevole-
 „ntiæ significationibus excipias, ve-
 „ementer a Te petimus. „

Eadem die Pontifex Joannem Ba-
 ptistam Barbadicum Brixientem Epi-
 scopum patria Venetum Cardinalem e-
 vulgavit, quem jam die vigesima nona
 Novembris anni prioris in *pectore*,
 vocant, reservaverat.

§. XLIX.

*Septensis Civitas a Mauris diu obsessa
 atque ab Hispanis liberata.*

Hist. Univ. Jam anno evoluti sæculi nonagesimo
t. 8. p. 676. tertio Muley Ismael Marrocanus Rex
 instigante San - Olane Gallico Oratore
 Septam Africae Urbem cum suis Mau-
 ris obsidere parabat; iterata tamen
 clade ab erumpentibus Hispanis fractus
 ac insuper ab Algerianis novo bello
 pressus, obsidionem solvere statuit,
 dummodo obsessi extima Urbis pro-
 pugna-

pugnacula solo æquarent: Ast Hispani ^{Sæc. XVIII.}
 dolose secum agi suspicantes, novo ad ^{A. C. 1720.}
 resistendum vigore animabantur, &
 abunde omnibus rebus ad defensionem
 instructi ferream Maurorum pertinaciam
 multiplici clade plectebant: unde Al-
 caides barbari exercitus Ductor tertio
 oppugnationis anno receptui canere
 decrevit, petiit tamen, ut vicissim ob-
 fessi Mauros subinde captos libertati
 redderent. Verum validum recentis
 militis subsidium in urbem receptum
 novos obsessis animos fecit ad obsidio-
 nem diutius sustinendam, unde cre-
 bris, semperque secundis eruptionibus
 cuncta Maurorum molimina eludentes,
 incensis cuniculis hostium aggeres &
 valla necnon obsidionales, quibus Ur-
 bem attigerant, accessus decumano co-
 namine apertos identidem veluti per
 otium & non per laborem atque peri-
 culum jocando everterunt: Jam vi-
 gesimus septimus obsidionis in-
 faustæ annus fluxerat, quin Mauri vel
 ullum propugnaculum subjugassent;
 nondum tamen Marrocano Regi obsi-
 dionem solvendi animus erat; quippe
 discordia Cæsarem inter & Hispaniæ
 Regem exorta fretus, classemque Hi-
 spanam ad Siculam expeditionem evo-
 lasse edoctus, extremos conatus, vi-
 resque omnes ad unius Urbis oppugna-
 tionem

Sæc. XVIII
 A. C. 1720
 tionem collegit: Nec tamen Hispana
 virtute superior erat, insperata
 quoque inicitæ pacis felicitas Mau-
 ris oppido infesta exstitit; quam-
 primum enim Hispana classis ex litore
 Siculo in Hispaniam reversa fuerat,
 mox reparatis navibus Marchio de Lede
 Septensem urbem obsidione liberari
 iussus est, qui etiam cum decem arma-
 torum millibus post bimestrem naviga-
 tionem prospere classem promovens, te-
 rentibus Euris Mense Octobri in conspe-
 ctum Septensis Urbis decurrebat: Tentat
 portum intrare, sed inde classem accer-
 coortus repente Africus pertinacissimis
 flatibus ex obliquo violentus, ac præ-
 terea alterno fluctuum aggestu tur-
 bulentus: Reddita autem maris fide,
 ac quiescentibus invidis ventis Marchio
 rursus transversis velis influere parat:
 denuo tamen disturbatus procellis æ-
 ventorumque furentium vehementia
 omnem regendæ classis spem, ac retro,
 vel prorsum velificandi libertatem ab-
 stulit, nilque propius fuit, nisi ut in
 singula momenta ruptis antennis naves
 sævo fluctuum aggestu concussæ saxis
 littoralibus impingerentur, & dissipatæ
 barbaris in prædam venirent. Cum
 igitur bis fallente conatu, nullaque
 benignioris successus spe relicta, Mar-
 chio de liberanda urbe desperaret, to-
 tamque

tamque classem simul & industriam Sæc. XVIII.
 ventis dubiæque fortunæ fato permit- A. C. 1720.
 tere haud consultum censeret, præter
 omnem expectationem die decima
 quinta Novembris tandem lucis crepu-
 sculum cælo, ventis, nubibusque per-
 gratum indixit silentium ac concor-
 diam; nulla ergo mora Marchio mi-
 lites & remiges stimulat, adversus ho-
 stem confirmat, ac prospero navigatio-
 nis cursu portum ingreditur: Eadem
 adhuc die Hispanis in terram expositis,
 vacuas naves omnes e portu solvi, at-
 que in altum evehi jubet, ut suis spem
 omnem fugæ præcideret, animosque
 faceret necessitate extrema vel vincendi
 vel moriendi. Dispositis ad certamen
 cunctis Marchio Maurorum castra ag-
 greditur, tantaque cædis aviditate,
 obfirmatoque ad vincendum animo ad
 ipsa hostium tentoria penetrat, ut post
 quatuor horarum certamen Mauros e
 castris suis feliciter deturbaret. Cuncta
 fluxerant Hispanis secunda, & Mau-
 rorum copiis infesta, pro binis ipsorum
 extinctis vicenni tricennique cadebant
 ex Mauris, tamque generoso mortis peri-
 culique contemptu Hispani fugitivorum
 tergis inhærebant, ut incredibili cæ-
 dendi rabie quatuor omnino Mauro-
 rum millia prosternerent. Accepto hujus
 victoriæ nuntio Philippus Hispaniarum
 Rex

T t 4

Rex

Sæc. XVIII. Rex summum Pontificem de tanto
 A C. 1720 triumpho datis literis certiozem red-

didit, eique ereptum Mauris vexillum Ro-
 mam transmisit; quapropter Pontifex
 hoc lætitiæ argumentum Purpuratis
 denuntiaturus, die decima sexta De-
 cembris in secreto, uti vocant, Con-
 sistorio hunc ad eos habuit sermonem.

„Ingentem lætitiã, qua vos
 „gna cum animi nostri voluptate pe-
 „fufos vidimus, cum primum elapsis
 „diebus, ipsa scilicet anniversaria die
 „coronationis nostræ a dilecto filio No-
 „stro Francisco S. R. E. Cardinali Aqua-
 „viva insignem victoriam ab exercitu
 „Chariffimi in Christo Filii Nostri Phi-
 „lippi Hispaniarum Regis Catholici de
 „Mauris, hoc est, teterrimis Christianis
 „Nominis hostibus reportatã, summa
 „que civitatem Septensem, a diuturna
 „illorum obsidione liberatã audivitis,
 „cumulãtius adhuc, & plenius pe-
 „cepturos hodie vos esse non dubita-
 „mus, dum hunc ipsum faustiffimum
 „nuntium, per literas prædicti Philippi
 „Regis, hac eadem die paulo ante
 „quam Consistorium ingrederemur a
 „præfato Cardinali Nobis redditã con-
 „firmatã, vobiscum ex hoc loco, ut
 „æquum est, nulla interpositã mora
 „communicamus. Ex iisdem literis, quæ
 „mox legentur, pariter intelligetis
 „ipsum

„ipsum Regem pro sua in hanc sanctam Sæc. XVIII.
 „Sedem filiali observantia unum ex A. C. 1720.
 „bellicis vexillis, quæ a barbarorum
 „manibus Hispanorum militum forti-
 „tudo feliciter abstraxit, ad Nos mi-
 „sisse, quod sane ad facti memoriam
 „sempiternam in hac veræ Religionis
 „arce illustre ac perenne erit non mi-
 „nus Christianæ fidei tropheum, quam
 „Regiæ pietatis ac divini beneficii mo-
 „numentum.,,

Hæc prolocutus Pontifex per R. D.
 Batellum Amasenum Archiepiscopum,
 qui Pontifici ab epistolis erat, ipsius
 Regis literas reportatæ victoriæ testes
 prælegi iussit, quibus absolutis ita pro-
 sequebatur:

„Levantes igitur cor & oculos no-
 „stros in Montem excelsum, & sanctum,
 „unde Nobis maximum hoc & longe
 „opportunum angustiis illis, quibus ob-
 „gravissimas ac nimium notas Ecclesiæ
 „& Reipublicæ calamitates assidue pre-
 „mimur, levamen effluxit, sacrifice-
 „mus Patri Misericordiarum, & Deo
 „totius consolationis hostiam laudis &
 „jubilemus ei in voce exultationis. Ro-
 „gemus itidem accuratis precibus exer-
 „cituum Dominum, ut piissimum Regis
 „animum in dies magis inflammet ad
 „instandum victoriæ, nec alia in poste-
 „rum, quam bella Domini prælianda,
 „hæc

Tt 5

Sæc. XVIII. „hæc quidem privatim Nos facere non
 A. C. 1720. „prætermitemus, & vos similiter fa-
 „cturos esse non ambigimus, donec
 „communibus hæc eadem Nobiscum
 „votis solemniori ritu præstabitis. „

Haud diuturna tamen hujus victo-
 riæ felicitas esse videbatur; Mauri enim
 collectis brevi viribus die octava de-
 cembris Hispanorum castra aggres-
 bantur, ast cæsis suorum sex ferme mi-
 libus repulsi sunt. Tanta tamen est
 eorum pertinacia, ut nequidem tertio
 devicti palmam concedere vellent;
 quocirca denuo die vigesima prima eus-
 dem Mensis viribus integri impetum in
 castra tentant, & quæ hucusque ob-
 versantis fortunæ invidia non poterat
 per obfirmatam pugnandi violentiam
 percurrere conituntur: Sed omni
 virtus & labor incassum; semper enim
 Hispana virtus hostium numero & ro-
 dacia superior cuncta eorum molimina
 eludebat: quoniam vero Hispanorum
 copiæ secundis licet, toties tamen in-
 ratis præliis fuissent plurimum imbe-
 nutæ, & Mauri nec ipsa Martis frustra-
 tione terri a cæpto obsidionis consilio
 averti possent, ineunte anno sequenti
 Marchio ex Regis mandato Septembris
 Urbem præsidio quinque armatorum
 millibus valido firmabat, & die quarta
 Februarii concubia nocte relictis castris
 cur

cum tota classe nequidem ab hoste ob- Sæc. XVIII.
servatus in Hispaniam revertebatur, A. C. 1720.

Pontifex vero prosperum hunc succes-
sum ab ipso Rege edoctus, die tertia
Februarii anno sequenti Romæ Purpu-
ratos in Senatu congregatos his verbis
alloquebatur:

„Ecce jam tertio dextra Domini
„percussit inimicum, repleatur propte-
„rea os nostrum laude & lingua nostra
„exultatione. Mauri scilicet ab invictis
„armis charissimi in Christo Filii Nostri
„Philippi Hispaniarum Regis Catholici
„semel atque iterum cæsi & profligati,
„cum copias denuo & vires undique
„contraxissent, in multitudine sua glo-
„riantes ipsisque acceptis cladibus fero-
„ciores, castra Hispanorum incredi-
„bili audacia ac temeritate aggressi die
„21. Mensis Decembris proxime elapsi,
„tanta Christianorum militum virtute
„excepti sunt, ac repulsi, ut octo
„fere millibus amissis terga dederint,
„& qui superiorum calamitatum de-
„decus ingenti apparatu, conatuque
„reparare susceperant, nova clade ob-
„triti novoque opprobrio perditum reces-
„serint, Dominus enim quasi Vir pu-
„gnator extendens manum suam,
„arrogantiam fortium humiliavit, &
„in multitudine misericordiæ suæ de-
„posuit adversarios suos. Novam hanc
„Chri-

Sæc. XVIII. „Christiani Nominis felicitatem, quam
A. C. 1720. „Rex Catholicus ad suæ erga Deum
 „pietatis, atque erga hanc sanctam Se-
 „dem filialis observantiæ argumentum
 „Nobis significavit, ex ejusdem Regis
 „litteris ab Hispanico idiomate in Ita-
 „licum versis, quas ipse per extraor-
 „dinarium cursorem ad Nos misit, et
 „dilectus Filius Noster Franciscus S. S.
 „E. Cardinalis Aquaviva, ante tres
 „dies Nobis reddidit, plenius inter-
 „ligetis. „

Postea recitata Regis epistola defu-
 per ad Papam data, Clemens hæc
 subjunxit:

„Cum autem, Venerabiles Fratres
 „prosperi hujus successus lætitiæ et
 „hoc loco vobiscum communicamus,
 „simul etiam hortamur vos, & obse-
 „cramus, primum quidem, ut omni-
 „potenti Deo, qui fortis in prælio se-
 „cit victoriam, ex intimo animi sensu
 „juges debitasque Nobiscum gratias
 „agatis, ac simul loquamur potentius
 „Domini, & enarremus mirabilia ejus
 „deinde ut eximium Catholici Regis
 „pro dilatanda Dei gloria Zelum eor-
 „laudantes, ejusque ad inferenda bar-
 „baris arcibus Christi signa piis votis
 „obsecundantes, Hispanorum militum
 „virtutem tantis hæctenus contra crucis
 „hostes experimentis testatam, pre-
 „cibus

„cum vestrarum subsidiis adjuvare Sæc. XVIII.
 „pergatis, cumque illi pro tuenda & A. C. 1720.
 „amplificanda Christiana religione pe-
 „ricula gravissima adire & sanguinem
 „fundere mira alacritate gestiant, Nos
 „pari studio & ardore Divinæ Miseri-
 „cordiæ præsidium in contritione cor-
 „dis implorare contendamus, ut quod
 „Dominus incæpit, opus pro sua in
 „Nos Clementia perficiat. Hunc porro
 „in finem dilectus Filius Noster in hac
 „Alma Urbe Vicarius in spiritualibus
 „generalis consuetas preces contra pa-
 „ganos jussu nostro in Missis omnibus,
 „quæ in singulis ejusdem Urbis Ec-
 „clesiis celebrabuntur, quousque opus
 „fuerit, recitandas quamprimum indi-
 „cet, ut in magnitudine brachii Do-
 „mini irruat super barbaras illas gentes
 „formido, & pavor ac tandem agnoscant,
 „quia Deus Noster in spiritu furoris sui
 „pugnat pro Nobis. „

§. L.

*Josephi de La Tremouille Cardinalis
 obitus.*

Ex sacro Purpuratorum Collegio non-
 nisi tres hoc anno mors abstulit, Guarnac. vit. Card.
 atque ex his ipsa anni hujus auspicia t. 2. p. 109.
 vitæ suæ funesta habuit Josephus Ema- Dorsann.
 nuel de La Tremouille natione Gallus Journal de
 Hist. t. II.
 ex pag. 500.

Sæc. XVIII. ex pervetusta Ducum de Noirmontiers
A. C. 1720. familia ortus. Hic Ecclesiasticæ mili-
 tiæ adscriptus, necnon uberrima literarum supellectile instructus, in Sorbona Doctoratus lauream adeptus est. Tantam sibi apud Franciæ Regem conciliabat existimationem, ut Abbas de Lagny, de la Blanche, S. Armandi & Grandis sylvæ, necnon aliis iisque locupletioribus beneficiis augetetur. Postea Episcopi Laudonensis Vicarius Generalis, ac Rotæ Romanæ Auditor renuntiatus, hoc munere per tredecim omnino annos non sine maxima laude, & ingenti erga Gallicæ coronæ comoda studio functus est. Quarto autem hujus sæculi anno ab eodem Rege ad Philippum V. Hispaniarum Regem Neapolin Orator Regius decernebatur ut diffidia inter hujus Regni Ministros & summum Pontificem ob Surrentinum Episcopum exorta componeret: quo in negotio tam dextre Regis partes egit, ut tamen Pontificiis juribus nil derogaret: unde Romam reversus, a Clemente XI. Papa non modo perbenigne exceptus, sed etiam biennio post Romana Purpura decoratus est. Revocato in Gallias Jansonio Fourbino Cardinale, Tremollius in ejus locum ad arduam rerum Gallicarum procuracionem nominabatur, simulque Congregatio

gationibus S. Concilii, Propagandæ Sæc. XVIII.
 fidei, & Rituum adscriptus, extremos A. C. 1720.
 adhibebat conatus, ut Pontificem Ca-
 rolo Austriaco insensum, & Philippo V.
 propensum redderet; nec tamen pro-
 hibere potuit, quo minus Clemens
 eundem Archiducem pro legitimo Hi-
 spaniarum Rege agnosceret: Ea res
 tantopere Tremollii animum movit,
 ut palam declararet, Pontificem non
 potuisse sine sacri Collegii consensu
 hunc honorem Carolo deferre, gra-
 vissima etiam inde dæmna in Ecclesiam
 & Pontificis ærarium redundatura:
 Cum ergo Tremollius Regis utilitatem
 tam ardenti studio omni data occasione
 promoveret, & Bouillionium Cardi-
 nalem, qui Regis gratia exciderat, in-
 sectatus, hunc tanquam rebellem ac
 perfidum a Rege fuisse declaratum spar-
 sisset, a Ludovico XIV. in Zeli sui præ-
 mium Commendam Ordinis S. Spiritus,
 & prædivitem Abbatiam sancti
 Stephani Cadomensis consecutus est.
 Nunquam vero operosius omnes in-
 genii, dexteritatisque vires impende-
 rat, quam dum controversiam circa
 Monarchiæ Siculæ Tribunal motam
 componere jubebatur; ut enim pacem
 inter Pontificiam & Sabaudam Aulam
 redderet, sedulo cum Cardinale Altanio
 conferens, varia conciliationis media
 pro-

Sæc. XVIII. proponebat: quanta autem solertia ac
 A. C. 1720. studio Noaillium Cardinalem aliosque
 Franciæ Episcopos Constitutionem *Un-*
genitus acceptare recusantes Pontifici
 reconciliare conatus sit, fusius in de-
 cursu hujus Historiæ retulimus: Singu-
 larem tamen ubique prudentiam, ma-
 ximamque in pertractandis rebus maximè
 arduis, transigen-*lisque* dexteritate,
 invictamque exhibuit patientiam, qua
 non raro Pontificis, & Regii Regentis
 oburgationes sustinuit, nec unquam
 debitam supremo Ecclesiæ Capiti re-
 verentiam vel ullo asperiore verbo le-
 sit: Promovebatur primo ad Episco-
 patum Bajocensem in Normania, postea
 mortuo Joanne Estræo ad Archiepiscopi-
 patum Cameracensem An. 1719. tran-
 s-latus, ab ipso Romano Pontifice con-
 secratus est: Hoc autem anno Erysip-
 pelatis morbo correptus, cum de ejus
 salute Medicorum judicio conclama-
 tum esset, ultimæ suæ voluntatis tabu-
 las conscripsit, ac die nona Januarii
 omnibus morientium Sacramentis mun-
 nitus, sequentis diei hora sexta vespere-
 tina anno ætatis sexagesimo primo ani-
 mam Deo reddidit. Quam charus au-
 tem Urbi, populoque Romano exstite-
 rit, indicio est circumfusa ante Palatii
 sui forès multitudo, quæ inter gemitus
 & suspiria de illius vita & valetudine
 ingere-

ingentem sollicitudinem, ac dolorem Sæc. XVIII.
 exprimebat, ac mortuo ob præclaras A. C. 1720.
 animi sui dotes, & insignia Ecclesiæ
 præstita obsequia lacrimis gratoque
 animo parentabat. Corpus ejus ad Ec-
 clesiam Gallorum Nationalem S. Lu-
 dovici translatum, ibique sepultum est,
 adjecta succincta hac inscriptione: *Ossa*
Presbyteri Cardinalis de La Tremoille.

Enimvero Tremollius disertis verbis
 caverat, ut omnia ejus scripta Regis
 Sigillo munita occluderentur, clavisque
 ad ea Cardinali Ottobono traderetur, non
 levis tamen desuper contentio orieba-
 tur inter Gamachium Abbatem, & Hu-
 gonem Tremollii Cardinalis Secreta-
 rium: Ille enim, utpote Gallicus Au-
 ditor sacræ Rotæ scripta Præfulis, qui
 Regi ab obsequio fuisset, sibi vendi-
 candi jus competere contendebat: Hugo
 autem a Cardinalium Ottoboni, &
 Gualterii amicis instigatus, cum Ab-
 batem de Regis, ejusque defuncti Mi-
 nistri consiliis instructum reddi, haud
 consultum fore censeret, non modo
 eidem scripta sui Domini consignare re-
 nuit, sed nequidem illum ad defuncti
 Cardinalis Palatium admittere voluit:
 Ubi ergo Gamachius Palatii fores oc-
 clusas reperit, tertia noctis hora cum
 valida suorum manu accedens fores vi
 infringere tentabat, satellites tamen,
Hist. Eccles. Tom. LXX. Uu qui

Sæc. XVIII. qui ad Montem pietatis excubabant, A. C. 1720. ad strepitum excitati, eundem rogaverunt, ut cum suis quiete domum reverteretur. Altera die de injuria sibi a Secretario illata questus, veredarium in Franciam ablegavit, vicissim quoque Hugo Franciæ aulam de hac controversia certiozem reddidit: hujus denique litis decisio Siftericensi Episcopo, qui Gallicarum rerum promotionem Romæ in se susceperat, commandata est: Interim Philippus Gallici Regni Administrator Cardinali de Gesures Abbatiam S. Amandi concessit, & Guilielmum Du Bois ad Cameracensem Archiepiscopatum nominavit.

S. LI.

*Laurentii Casonii Cardinalis
decessus.*

*Vit. Card.
t. I. p. 262.*

Alter ex Purpuratis hoc anno denatus erat Laurentius Casonius patris Sarzanensis ex nobilissima Comitum de Villanova stirpe ortus. Hic decimo quarto ætatis suæ anno Romam missus, ibidem Rhetoricis, Philosophicis, & Theologicis disciplinis egregiam navabat operam. Inde vero ob adversam valetudinem Medicorum consilio in patriam reversus, vires studiorum afflictitate debilitatas refecit, postea vero Ro-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Romam redux sese totum Præfulis præstantissimi & Consobrini sui Augustini Favoriti, qui Innocentio XI. ab arcanis epistolis erat, fidei ac curæ commisit, ac iterum atque impensius Jurisprudentiæ utriusque necnon juris publici studio incubuit. His scientiis instructus, ab eodem Pontifice unacum Ludovico Bevilaqua Apostolico Nuntio ad Noviomagensis pacis conventum in Geldriam decernebatur, ipsoque Nuntio Romam reverso, adhuc aliquamdiu ibidem substitit, cunctosque Principum etiam Protestantium Legatos sibi conciliavit, & cum iis privatim agens, non pauca, quæ adhuc supererant, negotia scite ac sapienter administravit, summaque ope nixus est, ne quid Catholica religio detrimenti acciperet, nilque Pontificis, quem Protestantes inter Catholicos Principes pacis sequestrum admittebant, auctoritati derogaretur. Rebus ita prospere compositis Casonius Belgium & Franciam peragravit, aliquamdiu Parisiis demoratus: Demum Romam reversus, & Canonicatu *S. Mariæ in Via lata* auctus, mortuo Fabritio in munere Secretarii Consistorialis Congregationis, & sacri Collegii suffectus est, ipsumque Innocentius XI. pariter ab arcanis epistolis habuit, atque ab eodem Papa

Uu 2

Cano-

Sæc. XVIII Canonatum Basilicæ Liberianæ, di-
A. C. 1720. missio priori obtinuit: Nec tamen præ-
 ceptis hæc felicitas sine invidiæ, ac mo-
 lestiæ fæcibus fluxerat; cum enim Ca-
 sonius apud Innocentium Papam au-
 thoritate & gratia plurimum valens,
 Sedisque Apostolicæ auctoritatem con-
 tra Cleri Gallicani conventum firmo
 pectore tueretur, hinc extremum Gal-
 licæ Aulæ odium in se accersivit, cuius
 etiam contra Gallicanas libertates as-
 creta Casonio fuere imputata: nec Gal-
 licis partibus addicti acquievere, do-
 nec mortuo Innocentio Alexander VIII,
 Casonium ab Aula Romana removeret
 eumque Cæsarensis Archiepiscopi ti-
 tulo honoratum Neapolitani Regis
 Nuntium Apostolicum declararet, qua
 legatione ultra decennium fungebatur,
 justitiæ administrandæ, cultusque De-
 vini studiosissimus. Inde vero a Cle-
 mente XI. qui Casonio amicitiae ve-
 tate, parique affectu conjunctus erat,
 revocatus, sacre Inquisitionis Assessor
 nominabatur, quem etiam Clemens
 jamjam in prima Cardinalium inaugu-
 ratione Romana Purpura decorare sta-
 tuerat; nondum tamen deferbuerunt
 Gallorum aversio; quinimo Rex palam
 declarabat, se nunquam hunc Præsi-
 dem pro Cardinale agniturum: nil e-
 quidem intentatum reliquerat Pontifex,

fex, ut Casonium Regi reconciliaret, hancque in rem eidem sæpius insinua-
 bat, eum Borbonicæ Domui nunquam
 fuisse averfatum, imo non levia eidem
 oblequia, si Cardinalitia fulgeret di-
 gnitate, præstiturum. Tandem vero
 a Clemente XI. primum quinto Ponti-
 ficatus sui anno sacro Purpuratorum
 Collegio, necnon pluribus Congrega-
 tionibus Romanis adscriptus, Ferrar-
 iensis Provinciæ Legatus a latere anno
 hujus sæculi septimo quidem nomina-
 batur, potius tamen Belliducem agere
 jussus; cum enim eodem anno Ponti-
 fex cum Cæsare collideretur, hicque
 cum octo armatorum millibus Ferrar-
 iensem Ducatum invaderet, Casonius
 urbem, & arcem novis munimentis,
 annona, ceterisque ad strenuam defen-
 sionem necessariis instruere, milites-
 que conducere jubebatur, quin tamen
 nisi laceffitus atque invasus hostilia a-
 geret, sed duntaxat illatam vim vi re-
 pellere satageret: Inter medios hosce
 bellicos apparatus repente pacis spes
 affulgere videbatur; Cæsareus enim
 Gubernator Marchio de Prie Vienna
 in Italiam profectus, varia conciliatio-
 nis media Casonio proposuit; cum au-
 tem is cunctas Italiæ ditiones beneficia-
 rio nomine Cæsari esse obnoxias pertina-
 cius contenderet, Casonius Sedis Apo-
 stolicae

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.

Sæc. XVIII. stolicae jura infringi ratus, repudiatis
 A. C. 1720. pacis conditionibus Cæsareos aggressus
 est, interceptisque Argenta & Mesola
 Urbibus, captisque præsidiariis Cæ-
 sareos rusticorum ope ex castris suis
 non sine magna cæde propulsavit. Auto-
 vero Cæsaris exercitu Bonevallus Bel-
 lidux Pontificios ubique in fugam egit
 Ferrariensem urbem arte cinxit, &
 tamque circum Regionem immodicis
 exactionibus exhaustit, absdubio Fer-
 rariam admoto totius bellici apparatus
 instrumento oppugnaturus, nisi Cle-
 mens Papa quorundam Cardinalium
 ac præcipue Casonii sententiæ adhe-
 rens, pacis condiciones iniisset. Red-
 dita Ferrariensi Provinciæ tranquilli-
 tate Casonius Fridericum IV. Danicæ
 & Norvegiæ Regem, qui Ferrariam
 pertransierat, Regiis quidem sumpti-
 bus exceptit, sui tamen honoris adeo
 tenax, ut non nisi stans aut cum Rege
 obambulans, nunc dextera, nunc li-
 nistra manu varios haberet sermones,
 hacque ratione nec honoratiorem lo-
 cum Regi cederet, nec illum sibi soli
 reservaret. Tantis interea labo-
 ribus ac molestiis functus, cum Fer-
 rariensem aerem sibi minus salubrem
 experiretur, obtenta Romam redeundi
 venia, a Clemente XI. Bononiensi Le-
 gatione honoratus est. Ubi justitiæ
 publi-

publicæque utilitati undequaque prospiciens, urbem re frumentaria laborantem annona abunde sublevavit, & grassantem animalium luem a Bononiensibus agris provide avertit, necnon saluberrimis edictis toti Provinciæ laudabilissime consuluit. Id tamen præ ceteris memorandum, quod Fridericum Augustum postea Poloniæ Regem ac Saxonix Electorem in Lutheri secta enutritum suis rationum momentis ad Catholicæ fidei gremium reduxit. His præclare gestis ob adversam valetudinem a summo Pontifice permolestam hanc Legationem dimittere permixsus, Romam reversus est, atque ab eodem Papa Assessor S. Officii nominatus, Congregationibus, quibus jam antea adjectus erat, assidue adfuit, novasque Congregationes, quas ei Pontifex addidit, suis consiliis moderatus, atque in omnibus Ecclesiæ negotiis, præcipue in Gallorum dissidiis circa Constitutionem *Unigenitus*, in causa Siculæ Monarchiæ, & Cardinalis Alberonii in consilium adhibitus est; insigni enim rerum gerendarum dextertate, ac singulari experientia præditus, necnon ab omni cupiditate, ambitione, & arrogantia, quæ vitia non raro supremas Ecclesiasticorum dignitates comitantur, omnino alienus erat: Sa-

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Sæc. XVIII. A. C. 1720. cros insuper proventus suos religiose ac prudenter distribuebat, maximam illorum partem in usus Sacros impendens. Erexerat in Sarzanensi Ecclesia Cathedrali suis sumptibus magnificentum prorsus Sacellum, cujus mœnia elegantissimo marmore, optimorumque artificum picturis nitide ac munificentissime exornari curavit, in eoque Innocentii XII. & Clementis XI. marmorea Mausolea, ne beneficiorum ab utroque Pontifice acceptorum memoria aboleretur, affabre exsculpta, & Roma suo ære advecta disposuit. Tandem molestissimo morbo correptus, incelsum adhibitis Medicorum remediis Romæ die decima nona Novembris sacrite munitus, piisque meditationibus defixus vivere desiit, annosque natus septuaginta quinque, tumulatus est in Ecclesia S. Petri ad Vincula. Scripta reliquerat Casonius nonnulla opuscula tanta eruditione referta, ut prælo dignissima ab omnibus censeantur.

§. LII.

Aloysii Priuli Cardinalis extrema.

Casonii Cardinalis obitum præcesserat funesta mors Aloysii Priuli patriæ Veneti. Hic ex optimis ac Patriciis Genitoribus, in lucem editus quam

quam maturrime scientiis illis, quibus Sæc. XVIII.
 puerilis ætas ad humaniora efforma- A. C. 1720.
 tur, imbutus, Clericale institutum am-
 plecti decrevit. In id ergo more &
 vitam instituens, Philosophicis, aliis-
 que ad firmiter ætatis robur reservatis
 disciplinis operam navavit: Paulopost
 pinquibus Abbatibus S. Zeni & S. Eu-
 phemiæ ditatus, fundamentis adeo
 dextre positus, ad Theologiam & Ju-
 risprudentiam sese applicuit, & Docto-
 ratus Laurea honoratus, a Veneto
 Senatu inter quatuor cives Pontifici
 nominandos recensitus est, quos inter
 solus a Pontifice Rotæ Romanæ Au-
 ditor feligebatur: Tum vero ad meri-
 torum incrementa, & amplioris digni-
 tatis spem sibi aditum aperiebat, for-
 tunæ tamen invidia factum, ut quam-
 vis diu, maximaque cum laude diffi-
 cili hoc Magistratu functus esset, ac
 speciale existimationis pretium tulisset,
 nihilominus promeritum Romanæ Pur-
 puræ præmium ab aliis Præsulibus
 ætate meritisque inferioribus imo ab
 ipso suo Nepote Petro Priulo viginti
 annis minore sibi præripi miraretur,
 quin tamen inde turbatus, æmulationi
 aut invidiæ locum daret: Tandem vero
 ipsa meritorum copia Senatum Vene-
 tum stimulante, Aloysius cum jam se-
 xagesimum secundum ætatis annum

U u 5 explef-

Sæc. XVIII. expleffet, sacro Purpuratorum Collegio adscriptus, ac quinque Congregationibus accensus est, in quibus officiis singularem prudentiam, indefessum laborem, raramque morum integritatem exhibuit, temporum subsæciva non otio trivit, aut inertia, sed in Ecclesiæ utilitatem impendit, & sicut omnem ætatem in literis duxit, ita senectutem haustamque eruditionem Sedis Apostolicæ obsequio sacravit. Eodem autem hoc anno, quo sacri Collegii Camerarius nominabatur, die decima tertia Martii septuagenarius Romæ decessit, sepultus in Ecclesia S. Marci prope tumulum Avunculi sui Cardinalis Petri Basadonæ, cui Alseus dignitate ac virtute haud impar erat.

§. LIII.

*Inanes conatus de concilianda Lutheri
& Calvinii secta.*

Dieff. dissert. Hist. Iren. pag. 78. Vix Lutherus obstetricante invidia atque arrogantia suam sectam in lucem produxerat, cum illico horrendæ dissensionum hydræ & multiplicium sectarum monstra universam inficerent Germaniam; Carolostadius enim, qui Lutheri haud inferiore dogmata novæ condendi, & antiqua eliminandi auctoritate

thoritate ac vocationis gratia se instru- Sæc. XVIII.
ctum credebat, Luthero inconsulto a- A. C. 1720.
liam procudit sectam, inde vero orie-
batur probrosa inter ambos hosce secta-
rum fabricatores altercatio, necnon
capitale dissidium de Cæna Dominica,
& bellum Sacramentarium: Carolo-
stadii errorem Oecolampadius novo er-
rore emendavit, & hunc quatuorde-
cim Suevici Doctores Halæ Suecorum
congregati acriter perstrinxerunt: Sua
postmodum castra adversus Lutherum
firmabat Zwinglius & adversus hunc Po-
meranus insurgibat. Ex eadem coa-
ca profluxere Anabaptistæ cum Mün-
zero Enthusiaste, aliisque ejusmodi fa-
naticis, furiosisque sectatoribus.

Cum ergo præclari hi Reformato-
res primi crebris convitiis, acerbisque
scriptis sese invicem proscinderent, non
deerant ex ipsis nonnulli, qui ignomi-
niosam hanc inter eos litem componere
fatagerent; hos inter præcipue Buce-
rus, & Argentinenses Prædicantes li-
teris, missoque Gregorio Chesalio Lu-
therum permovere nitebantur, ut ar-
ticulum de cæna juxta Zwinglii inven-
tum pacis amore elimare velit. Ast
Lutherus, qui sibi soli in fabricandis
fidei articulis supremam arrogabat
dictaturam, nullam pacem inire vo-
luit, sed pluribus & acerbioribus scriptis
Zwing-

Faber
Staats-
Ranzley.
tom. 37. c. 10.
tom. 41. §
Jegg.
Kern. Chro-
nic 1722.
pag. 84.
Elect. Jur.
publ. t. 11.
pag. 815.
Hist. grav.
Relig.
Part. II.
c. 4. §. 70.

Sæc. XVIII A. C. 1720. Zwinglii doctrinam, quam *erroneam* vocabat, infectatus est: cum itaque tentatæ paci eventus non responderet, aliunde vero, quo spiritu (*) novi huius Religionis fabricatores agantur, nimis in propatulo esset, ac neo-seducti metu hoc dissensu fluctuare inciperent, & ferme omnes per furiosas horum rabularum altercationes adulterinæ reformationis prolem in cunis suffocari pertimescerent, eapropter Philippus Hassiæ Landgravius anno millesimo quingentesimo vigesimo nono profectum pubescentis suæ Ecclesiæ statum misertus, inter Lutherum, & Helveticos aliosque Prædicantes Marpurgi publico colloquio dissidium circa Cœnam Dominicam componi curavit. Verum deficiente infallibili Iudice, & prævalente superbia ac insolentia disputantium, qui sibi solis sapere videbantur, atque apud alios in admiratione, & quinti Evangelistæ honoribus haberi gestiebant, inter eos adeo nulla circa hunc articulum concordia iniri potuit, ut potius aucto rixandi ardore utraque pars sententiam suam acerbissimis scriptis pertinaciter defenderet, novaque dissidiorum semina jaceret.

(*) Non enim dissensionis Deus, sed pacis I. Cor. 14. v. 33.

Nihilominus plura sæpiusque tentata Sæc. XVIII.
 fuere Irenica colloquia, & quidem A. C. 1720.
 Anno 1536. Wirtenbergæ. 1539. Fran-
 cofordiæ. 1544. Spiræ, WORMATIÆ, Ra-
 tisbonæ Anno 1570. Sandomiriæ & Pos-
 naniæ 1573. Cracoviæ, 1578. Petroco-
 viæ 1583. Uladislaviæ 1586. Mompel-
 gardi 1631. Lipliæ 1595. Thorunii &c.
 Verum ipsemet Lutherus extortam
 concordiam per suam confessionem &
 atrocissimum scriptum contra Schwenc-
 feldium & Tigurinos Anno 1544. edi-
 tum infregit; unde ipsemet Melanch-
 ton de Ecclesiarum pace desperavit (*),
 & Bucerus ac Calvinus Helvetios mo-
 nuere, ne Luthero fidem frangenti dein-
 cept respondeant. Ita nempe ex
 iterata Sectariorum conciliatione
 semper nova pullularunt dissensionum
 zizania; paulopost Flacius Illyricus
 contra Melanchtonem cristas erigens,
 diro schismate Lutheri adoratores di-
 strahit, Westphalus Zwinglii & Calvini
 affectas, Heshusius Lutheranus Cle-
 bitium Zwinglianum Heidelbergæ in-
 sectantur, & Brentius cum Bullingero
 circa novum Ubiquitatis monstrum
 acriter decertat; incassum Joannes Fri-
 dericus Saxonix Dux his litibus reme-
 dium

(*) Epist. ad Bullingerum prid. Calend.
 Sept. 1544.

Sæc. XVIII. dium Anno 1562. adhibere tentat, fru-
 A.C. 1720 stra Luneburgi, Malbrunæ, Aldeburgi,
 Dresdæ, Haganæ, Naumburgi, Cal-
 sellis, Bergæ & alibi pro conciliando
 Lutheri & Calvini commento instituan-
 tur colloquia, semper enim & quidem
 ex ipso concordia libro acriores
 multus nascebantur, ex tot colloqui-
 hostes non mitigati sed magis acerbati
 redibant, nullusque alius exitus erat,
 quam ut controversiarum, quæ sepulchre
 credebantur, acrior quam antea reno-
 varetur memoria & sensim Scepticis-
 mus ac tandem Atheismus ex Lutheri
 nido mutuis dissidiis disrupto progre-
 minaretur; ubi enim prostrata veritate,
 & contempto Ecclesiae docentis judicio
 mendacium, & effrænis credendi li-
 bertas triumphat, novis semper dissi-
 diis nulla unquam concordia sanandis
 porta aperitur; ipsis enim mendaciis,
 & commentorum Architectis semper
 intestina ac perpetua inter se bella sunt,
 & contumax mendacium semper veri-
 tati cedere renuit, ac tunc primum,
 dum utraque litigantium pars ex mutua
 clade suam factionem numero imminui
 timet, in pacis formulam nonnulli con-
 spirare tentant, visuque fœdissimum
 veri falsique temperamentum excogi-
 tant, quod tamen cordatiores etiam
 Protestantes *syncretismi* vocabulo infa-
 mant,

mant, & inutiles hosce conciliationum labores exhibant, unde ex illis Sebastianus Edzardi Anno 1703. omnino libellum edidit *de fugienda unione cum hodiernis reformatis*. Eo tamen vivimus sæculo, inquit Jacobus Thomafius, quo multi parturiunt Lutheri cum Calvino, hoc est, veritatis cum mendacio syncretismum, quo non pauci Paulum cum Platone, Petrum cum Aristotele, Joannem cum Zenone, Jacobum cum Epicuro, hoc est, ut apertius loquar, fidem Christianam cum Gentilium deliriis in concordiam redigere nituntur, haud abfimiles Paganis, quibus cum Christiani probrosa suorum Philosophorum diffidia exprobrassent, sectas ipsi suas pacifice componere, & Aristotelem Platoni, Zenonem Epicuro conciliare nitebantur. Hos inter illomet ævo celeberrimi erant David Pareus quondam Sutor, ac postea Calvinianus Præco, Meletius, Diestus & Joannes Duræus, qui posterior per integros viginti octo annos Sisipheum hunc conciliationis lapidem volvit, atque revolvit, opes, labores, studium quin & meliorem vitæ partem inani huic pacificationis negotio non sine plurimorum ludibrio insumpsit, spre-
 tisque omnibus periculis Germaniam, Sueciam, Daniam, & Helvetiam per-
 vagatus, & Regibus, Principibus, &

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.

Holberg
 Univ. Hist.
 Eccl. t. 5.
 Dyna-pag. 310.

Sæc. XVIII. Dynastis supplex factus, Prædicantium
 A. C. 1720. consilia exquisivit, Politicorum emen-
 dicavit adminicula, & mente, ore &
 calamo naviter laboravit, ut Luthe-
 ranos inter & Calvinistas sectæ con-
 cordiam, aut saltem mutuam stabilitet
 tolerantiam: Nundinabatur Christi fi-
 dem levissimo pretio, exigens, ut
veritati in Christianismo fundamentalis
incædificetur unitas: ast hic, opposuit ei
 Joannes Dannhaverus Lutheranus
 Præco, *summum controversiæ caput est,*
quæ sit illa veritas fundamentalis? qualis
et quanta? ne justo vel angustius, vel la-
tius terminetur, Qui nobis articulus fidei
fundamentalis habetur, a vobis inter po-
leas abjicitur: Generalis quædam con-
ventionum convenientia non sufficit, de sensu
terminato quæstio est. Hic rhodus, hic
salta.

Postquam igitur toties, & a tot
 Principibus & utriusque partis Præ-
 dicantibus incassum tentata erat hæc
 concordia, sanioribus plane ridiculus
 vide-

(*) Jam Anno 1703. Fridericus I. Rex Prus-
 siæ Berolini inter Calvinistas & Lotheros
 sectæ unionem stabilire nitebatur, sed vix
 cæperant consultationes, cum partium dissi-
 diis & mutua diffidentia abrumperentur.

videbatur conatus, quo rursus (*) hoc Sæc. XVIII.
 anno Lutherani cum Calvinistis sectæ A. C. 1720.
 unionem moliebantur: cum enim tam
 hi quam illi cum Joanne Fabritio & En-
 none Rudolpho Benneysen (***) aliisque
 haud dissimulanter credant, quemli-
 bet tam in Catholica, quam Prote-
 stantium religione salvari posse, profes-
 sionem vel veritatum vel errorum in
 quacunque religione homini neque
 damnum aliquod afferre, neque uti-
 litatem, seu sive hanc religionem pro-
 fiteatur, sive aliam, ad salutem asse-
 quendam perinde esse, ac sufficere,
 Christum esse mundi Servatorem, &
 propter eum nobis peccata remitti,
 illumque vires ad sanctam & inculpa-
 tam

(*) Forte Duræus cum Hobbesio cap. 43.
 pag. 283. de c. 18. a. 6. & seqq. statuit, *uni-
 cum duntaxat articulum fidei esse necessarium
 ad salutem æternam, scilicet, Jesum esse Chri-
 stum*, tunc facile Duræus omnes sectas con-
 ciliare potuisset, imo nulla esset hæresis, quæ
 ab Infidelitate & apostasia foret distincta,
 nilque Christianis scitu & creditu amplius
 esset necessarium, quod non etiam credunt
 ipsimet Mahometani.

(**) In suis libris: *Untersuchung des Indiffe-
 rentismi & ausführliche Antwort auf Stolzens
 Anmerkungen.*

Hist. Eccles. Tom. LXX.

XX

Sæc. XVIII tam vitam subministrare, ridiculum
 A. C. 1720. plane & supervacaneum esse videtur,
 de nova concordia agere, cum Prote-
 stantes in hoc omnes conveniant. Ea-
 propter illos potius concordiam Poli-
 ticam ac fædus contra Catholicos in-
 tendisse creditum; ac luculenter de-
 monstratum, quod suæ unionis contra
 nullatenus odium ex sectarum diver-
 sitate continuatum deponere fati-
 gant, eoquod hoc etiam anno Frideri-
 cum Hassiæ Landgravium secta Calvi-
 nianum ad Sueciæ solium non rece-
 pissent, nisi is prius ejurato Calvino Lu-
 theri sectam professus, Calvinitas ab
 omnibus sacris & profanis Regni offi-
 ciis se exclusurum jurasset. Cum vero
 Calvinistæ in Palatinatu agentes con-
 tra Electorem Lutheranos tam promptè,
 tamque potenti auxilio confluisse ce-
 nerent, utramque factionem simulata
 sectæ etiam concordia magis firmate-
 nitebantur: ad illam aditum parabant
 Bipontini Calvinistæ, qui cum quo-
 dam Ecclesiæ proventus Lutheranis
 sub Gustavo Duce Bipontino religione
 Catholico eripere tentarent, tandem
 hoc anno ut fraternam, uti ajebant,
 unionem conservarent, & alibi patri-
 humanitatis obsequio a Lutheranis
 haberentur, his magnam redituum
 partem cesserunt. Insuper Joannes
 Ture

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

Turetin, Joannes Hottinger, Samuel Wernfels Calvinistæ hoc anno magnam sibi spem solidæ unionis fecerant, eoque quod Wittenbergenfes & Tubingani Prædicantes sese ad reconciliationem magis, quam vel unquam dociles exhiberent, & Protestantium Principum Oratores ad perficiendum hoc opus utrinque auxiliatrices manus præbere viderentur. Hanc in rem Joannes Christianus Klemm Tubinganus Theologus *de necessaria fidei unione inter Protestantes* librum edidit, & postea Christophorus Matthæus Pfaffius ibidem duos vulgavit libellos, in quorum priore agit *de necessitate unionis in fide Protestantium Ecclesiarum*, alter vero inscribatur: *Schediasma Irenicum, hoc est, necessaria Ecclesiarum Protestantium in fide consensio, ex propriis principiis Doctorum Lutheranorum, eorumque rigidiſſimorum unica demonstratione evicta.* Verum existimatæ hujus unionis media aliis Theologis secta Lutheranis nimium vaga & generalia videbantur, omnemque solidæ constantisque consensionis spem abjiciebant, nisi prius Calvinistæ ore & opere erga Lutheranos majorem præferrent moderationem, de universali Dei gratia, & Christi merito saniora crederent, nec ultra hæc dogmata in sacris literis probe

Xx 2

fun-

Sec. XVIII. fundata impugnarent, ac propterea
A. C. 1720. Lutheranos capitali odio infectari, eos-
 que ab illis locis, ubi Ecclesias habuerat,
 vi propellere cessarent. Insuper in Ra-
 tisbonensibus comitiis quindecim pro-
 ferebantur articuli, quibus sperata Pro-
 testantium unio niteretur. Propositis
 his concordiae conditionibus tentatum
 pacem minime sperandam esse, quam
 plurimi Protestantes, pene innumeros,
 quibus Europam inundabant, libellis
 demonstratum ibant. Nihilominus Pro-
 testantium Principum Oratores bien-
 nio post die vigesima octava Februarii
 inter se quoddam unionis program-
 ma confecerunt, illudque die trigesima pro-
 ma Martii privata auctoritate confirma-
 tum ad suos Principes transmiserunt,
 hujus tenoris :

„Postquam in Corpore Evangelico-
 „rum mature ponderatum est, quod
 „nonnulli pacis Ofores unionis oppo-
 „necessariæ negotium ac tentatum illius
 „effectum ob varia, eaque erronea
 „præsupposita detestandis convitiis tra-
 „duxissent, & a recta, quæ in præfati
 „Corpore Evangelicorum nunc & sensu
 „per fovebatur, intentione quam lo-
 „gissime aberrarint, variis in lucem e-
 „ditis scriptis tam acerba, nulloque
 „pacto excusanda effuderint verba, ut
 „merito eorum Authores castigandi
 atque

„atque a Republica remedium oppo- Sæc. XVIII.
 „nendum esset, eapropter ad tollenda A. C. 1720.
 „hæc præjudicia, atque ad prosperam
 „hujus adeo necessarii operis executio-
 „nem statuimus, propter infestas ejus-
 „modi oppositiones pium hoc opus nul-
 „latenus esse intermittendum, sed po-
 „tius toto conatu urgendum, hancque
 „unionem, *intactis tamen Theologorum*
 „*controversiis, & dissensionibus*, immote,
 „firmiterque stabiliendam. Dum ergo
 „omnes Evangelici Ordines sine ex-
 „ceptione unum Corpus in Imperio con-
 „stituunt, omnesque Evangelici unam
 „eandemque fidei, & morum regulam,
 „scilicet revelatum Dei Verbum, ha-
 „bent, imo & omnes Augustanam con-
 „fessionem in Imperio, ejusque legibus
 „receptam profitentur, ac propterea
 „utraque pars sub nomine Augustanæ
 „Confessioni addictorum in legibus &
 „Actis publicis veniunt, & eadem jura
 „in Ecclesiasticis & Politicis habent,
 „eademque securitate ac protectione
 „gaudent, ita etiam in communi hac
 „societate persistere, mutuam fidelita-
 „tem servare, proin ab omnibus con-
 „vitiis & disteriis aliunde per Imperii
 „leges districte prohibitis tam in scholis,
 „quam in Concionibus, Cathedris vel
 „alibi penitus abstinere intendant, si
 „vero controversias tractandi summa
 Xx 3 „foret

Sæc. XVIII. „foret necessitas, tunc juxta fundame-
 A. C. 1720. „tales Imperii leges præcipue Spiren-
 „sem recessum de Anno 1542. §. 41.
 „thesis & Antithesis debita moderatione
 „agitetur, & pristina doctrinæ opposi-
 „tio hinc inde mutuo in Christiana Civi-
 „ritate exponatur; nec ullum jurame-
 „tum fors præstitum, aut aliud quic-
 „quam contra hanc nostram dispositio-
 „nem & sinceræ nostræ mentis acco-
 „gressus finem, qui externam unionem
 „respicit, valeat: multo minus vero Lu-
 „therani & Calvinistæ se invicem in-
 „festo sectariorum nomine traducant,
 „sed Evangelicos vel Augustinæ Con-
 „fessionis addictos se nominent; si vero
 „ut una pars sese ab alia nominetur
 „distinguat, necessitas deposcit, ut
 „Evangelicorum, & Evangelico-Rei-
 „matorum nomina usurpentur, cuiuslibet
 „pars alteri omnia fausta precetur, &
 „quantum cujuslibet Status & Ordinis
 „permittunt leges, atque Ecclesiasticæ
 „Constitutiones quibus nullatenus detra-
 „gere, multo minus legitimis consuetu-
 „dinibus hucusque observatis: cunctis
 „que, quæ Instrumento pacis non ab-
 „versantur, præjudicare, sed utrique
 „parti tam privatorum, quam Eccle-
 „siarum jura, redditus, Scholas, Uni-
 „versitates, Ritus, jura, possessiones
 „&c. intacta factaque servare intendi-
 „mus

„mus, re ipsa mutua fides servetur, sese
 „adjuvent, nec privatis commodis in-
 „serviant, aut quovis pacto hanc so-
 „cietatem disrumpant, vel disrumpi
 „sinant, sed suorum conservationem
 „modo Imperii legibus conformi tuean-
 „tur. Cum autem duntaxat exter-
 „num commune bonum hac dispositione
 „intendatur, proin ea non ad alios quam
 „supremos territoriales Dominos spectet,
 „hinc Augustanæ Confessioni addicti
 „Electores, & Status scripta, quæ
 „nonnisi ad mutuas Evangelicorum dis-
 „fensiones & injurias tendunt, tanquam
 „fundamentalibus Imperii legibus pro-
 „hibita, seditiosa, contumeliosa scripta
 „utrinque damnent, & severissimis e-
 „dictis ubique, præcipue, si sub ficto
 „vel nullo addito nomine prodirent,
 „supprimi, publice comburi, Auctores,
 „typographos, omnesque ad ejusmodi
 „scripta quovis modo cooperantes ad
 „aliorum terrorem severe castigari cu-
 „rent, nec permittant, ut contra hanc
 „pacis negotiationem solemniter con-
 „firmatam ore vel calamo dicta e-
 „vomantur, sed semper pacis studio-
 „sos, doctos, moderatos ac prudentes
 „Viros ad publica officia promoveant,
 „turbidisque, atque inquietis præpo-
 „nant &c. „

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Ex his vero luculenter patuit, quod decumanus hic fabricatæ unionis labor nullatenus controversæ doctrinæ conciliationem (utpote quæ sine infallibilis Judicis decisione nunquam sperari potest) respexerit, sed præclari huiusmodi Architecti unice eo collimavit, ut relicta unicuique parti sua dogmatuendi libertate, amicitiae nexus, tolerantia civilis, & tranquillitas publica Lutheranos inter & Calvinistas stabileretur. Verum huic Politicæ unioni, quamvis illam Georgius Guilielmus Marchio Brandenburgicus approbavit, tam Saxoniae Principes quam Prædicantes Dresdenses, necnon Theologi Calvinistæ sese acriter opponebant, eoque in hoc scripto damna, quæ Lutheris intulissent (*), nimis aperte detecta, authenticisque documentis comprobata legerentur: potissimum vero, ob quam hucusque incassum tam Calvinistæ quam Lutherani in concilianda sua secta laborarunt, causam detexit Andreas Rivetus Calvinianus Præco, dum asserit: *vitiosa concordia est, ad quam non Lutherani invitant, qui hoc tempore non ingerunt non vocati, non aliqua ad illam suscipiendum facultate a dissidentibus parte*

(*) Vide Alphabetum Calvinianum Anno 1712. editum.

bus donati, præsertim ab iis, sine quo- Sæc. XVIII.
rum nutu & consensu quæcunque vel offe- A. C. 1720.
runt, vel promittunt, irrita esse, necesse
est. Proinde quæcunque aut molientur,
aut gerent, semper improbari poterunt ab
ea potestate, cui sunt subjecti. En! quam
misera sit Protestantici sistematis con-
ditio in fidei controversiis. Aliam
causam ab ipso Calvinianæ inhumani-
tatis, perfidiæ, & ambitionis vitio pe-
titam affert Hulsemannus secta Luthe-
ranus Præfat. Apol. p. 60. & 61. his
verbis: Ratio status in causa est, quod
tametsi a primis status (Hollandici) in-
cunabulis cum Augustanæ Confessionis sociis,
& seorsim cum civitate Woerdana contra-
ctum fuerit, sub pari, & per omnia actuali
potestate, atque immunitate exercitii utrius-
que Religionis Augustanæ & reformatæ,
haud ita pridem ista conventio (a Calvi-
nistis) irrita, Confessionis Augustanæ
exercitium ad meram, eamque precariam,
totaque die revocandam tolerantiam per uni-
versam Bataviam redactum est, Tempora
item & Oratoria publica nulla immunitate
fruuntur (quo Judæorum tamen & Ana-
baptistarum conventicula gaudent) sed in
tabulis publicis loco & conditioni privata-
rum ædium sub Caii, & Saii nominibus
consignata leguntur, realibus & persona-
libus oneribus quotidie gravantur, neque
ære ad tripli excessum Magistratibus oblato,

Sæc. XVIII. *redemptio istius servitutis potuit impetrari, A. C. 1720. Ne videlicet in libertatem se unquam vindicent dissidentes; neque ad præscriptionis beneficium provocare aliquando possint Oratoria Martinistarum (Martino-Lutheranorum) sed pro arbitrio superiorum rejectionem ac proscriptionem in singulos metuere habeant &c.*

§. LIV.

Protestantium motus contra Catholicos & Palatinum S. R. Electorem.

*Gottfrid.
Hist. Cont.
Chron. l. 17.
pag. 767.
Pfälzische
Kirchen = Hi-
storie. c. 14.
§. 45. &
seqq.
Hist. grav.
Relig. part.
II. c. 1. & 4.
§ 38. &
seqq.*

Quamvis Calvinistæ cum Lutheranis in præcipuo suæ sectæ articulis convenire constanter recusarent, ut tamen viribus contra Catholicos agere decrevere, hancque in rem viria, quibus Calvinianæ sectæ exercitium præcipue in Palatinatu labefactum obtendebant, Religionis gravamina excogitarunt, de quorum abolitione in comitiis Ratisbonensibus inter Protestantium Principum Oratores non modo de Corpore ad Corpus, sed in Aula Cæsarea importunius actum est. Infuper etiam Batavi cum ceteris Germanis Calvinistis conspirantes Spinæ Oratorum die duodecima Januarii injunxere, ut rursus Palatinum Electorem ad abolenda hæc gravamina, & Calvinistas pro-

stinæ Religionis libertati restituendos Sec. XVIII.
 permovere velit, secus acerbiora cum A. C. 1720.
 ceteris Principibus media adhibere
 compulsi essent: Insuper Protestantes
 Ratisbonæ die decima quarta Aprilis
 scriptum, in quo existimata Calvini-
 starum Palatinorum jura tueri niteban-
 tur, confecere, illudque Cæsareo Com-
 missario supremo tradiderunt, suas-
 que querelas contra Moguntinum &
 Palatinum Electores exposuere: Que-
 rebantur autem præcipue Calvinistæ,
 quod Catholici in Palatinatu centum
 triginta Tempa soli possiderent, in cen-
 tum triginta Ecclesiis simultaneum in-
 duxerint, pluraque bona Ecclesiastica
 Calvinistis competentia sibi vindica-
 rint; horum igitur omnium restitutio-
 nem Ratisbonenses Protestantium Ora-
 tores postularunt: Interim verò Comes
 de Cadogan Anglicus Orator ad tollenda
 hæc dissidia Viennæ proposuit. I. Reli-
 gionis gravamina a Moguntino & Pala-
 tino Electoribus illata abolerentur,
 cunctaque in pristinum revocarentur
 statum. II. Unius anni spatium præ-
 figeretur ad tollenda hæc gravamina,
 hancque in rem haberetur Imperii, ut
 vocant, commissio. III. Præ ceteris
 statim abolerentur gravamina per Rys-
 vicensis pacis articulum quartum il-
 lata: Ad ea gravamina, quæ reipsa
 sub-

Sæc. XVIII. subsisterent, protinus abroganda se
 A. C. 1720 paratissimum exhibuit Imperator, prius
 quam vero Principes Protestantes Cal-
 viniani Tempia. quæ jactato retor-
 nis jure Catholicis in suis ditionibus
 occluserant, restituerentur, & Joannes
 Reckius Consiliarius Hannoveranus,
 qui omnia ad normam, prout tempo-
 pacis Badensis fuerat, decerni cure-
 turus a sic dicto Corpore Evangelico-
 rum ad Electorem Palatinum missus
 fuerat, ab Aula Palatina & Manhe-
 mio fuisset revocatus, Imperator se
 Calvinistarum gravaminibus medelam
 afferre non posse declarabat. Verum
 Protestantes cedere nescii, gravami-
 num abolitionem prius fieri, peten-
 tius petebant, ac etiam Religionis
 tes per Imperii Commissionem con-
 poni recusabant, per eam lites nimium
 protrahi caussantes. Nihilominus tamen
 Imperator singulare, ut vocant, *Com-
 missionis* decretum die duodecima Aprilis
 comitiis publicum fieri jussit, quo Jus
 Repressaliorum in caussis Religionis po-
 tissimum contra Imperii leges & con-
 suetudinem violenter usurpatum dam-
 nabat, nec ultra tolerandum declara-
 bat, quod Protestantes singulare *Cor-
 pus* in comitiis ex solo eorum arbitrio
 ac nequidem requisita Cæsaris ac Im-
 perii auctoritate efformarent, propterea
 etiam

etiam Imperator cuncta ab hoc arro- Sæc. XVIII.
gato Evangelicorum Corpore acta pro A. C. 1729.
irritis habenda esse decrevit, Imperii
vero placitum die undecima Martii
Anno 1714. editum adprobavit, vi-
cus Religionis gravamina per Imperii
Deputationem extraordinariam exa-
minanda & dijudicanda esse, cautum
erat. Nondum tamen aquievere Pro-
testantes, sed idem Corpus Evangeli-
corum seu Oratores Protestantici die
decima sexta Augusti contra hoc Cæ-
saris edictum reclamarunt. Tandem
vero Palatinus Elector Protestantium
minis territus, oppressorumque Ca-
tholicorum sortem misertus, in comi-
tiis per suum Legatum declarabat, se
die secunda Decembris Heidelbergæ
Commissarios nominasse, qui intra se-
mestre Statum Religionis ad normam
Badensis pacis reducerent. Quarto au-
tem post die Protestantes denuo contra
Cæsareum Commissionis decretum re-
clamantes, per Oratorem Electoralem
Saxonicum singulare scriptum exhiberi
curabant, quo ad singula capita re-
spondere, suaque existimata jura tueri
nitebantur, ac interea, donec de nu-
pero commissionis decreto die duode-
cima Aprilis edito deliberari permit-
teretur, Imperialibus conventibus in-
teresse renuebant: Quem vero exitum
habue-

Sæc. XVIII. habuerint hæc controversiæ, ad annum
A. C. 1720. sequentem referemus.

§. LV.

Summi Pontificis decreta, atque Epistolæ ad diversos.

*Epist.
Clem. XI.
pag. 2383.
& seqq.*

Quoniam vero summus Pontifex ex
mutua Protestantium conspiratio-
ne, minis, ac violentiis non leve re-
ligioni Catholicæ detrimentum, & Ca-
tholicis injuriam inferri, haud temere
pertimesceret, hinc datis ad omnes
Germaniæ Præsules literis eos serio
hortabatur, ut Sectariorum machina-
tionibus sese strenue opponerent, ac
Religionis Catholicæ bonum sedulo pro-
curarent. Insuper Albano Nepoti
quem Viennam ablegaverat, injunxit,
ut apud Imperatorem quereretur, quod
tam grave Religionis negotium
inscio ac inconsulto Pontifice deciden-
dum assumpsisset; non levi tamen lo-
latio fuit summo Pontifici, eoquod Im-
perator eidem nuntiaffet, quod Ibra-
himi Bassæ Turcici Legati Interpres &
Janissarorum Aga seu supremus præto-
rianæ militiæ Dux ejurata Mahome-
tis superstitione ad fidem Catholicam
reversi essent, necnon Damianus
Hugo Comes de Vermont Orator
Cæsareus sua apud Ottomanos le-
ga-

gatione defunctus Constantinopoli Sæc. XVIII.
 Viennam feliciter reddisset. Præterea A. C. 1720.

inter crebras, quibus paternus Pontificis animus agitabatur, molestias curasque haud exiguum levamen attulerant literæ Maximiliani Emanuelis Bavaricæ Electoris, qui Pontificem certiore reddiderat, quod ejus Filia Anna Maria relictis mundi & Aulæ illecebris sub suavi Religionis jugo sese Dei obsequio dicandi consilium suscepisset: Eapropter Pontifex jam anno priori die decima octava Decembris ad eundem S. R. J. Electorem hæc perscripsit: „Sanctum Nobilis hujus Puellæ propositum Nos ex tuis literis libenter audivimus, illudque Tibi eo ipso paternæ charitatis affectu in præsens gratulamur, quo inclytam tuam domum aspicimus & quæcumque ei sive fausta sive tristia contingunt, ad Nos ipsos credimus pertinere. Cælestem itaque Sponsam, cujus Nuptiis eadem Nata tua tam arcto fœdere consecrari voluit, enixe rogamus, ut eam spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilii, & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis replere dignetur, quatenus cum dies illa retributionis justorum advenerit, ad sempiternæ felicitatis Nuptias cum prudentibus & ipsa virginibus centesimum fructum

„per-

Sæc. XVIII. „perceptura ingredi mereatur, hunc
A. C. 1720. „porro in scopum præfatæ Sanctimo-
 „niali, sicuti postulasti, atque etiam
 „Nobilitati tuæ, Apostolicam Nostram
 „benedictionem peramanter imper-
 „timur. „

Postquam vero eadem Princeps
 summo Pontifici significaverat, quod
 assumpto nomine Emanuelis Theresie
 a Corde Jesu Monachii in Monasterio
 Sanctimonialium Ordinis S. Claræ die ve-
 gesima nona Octobris sacram solemnem
 que professionem editura sit, summus
 Pontifex die decima quarta Novembris
 sequentes unctioe Spiritus sancti pre-
 nas ad eam dedit literas:

„Præcipuum in Domino gaudere
 „argumentum Nobis attulerunt Nobilitatis
 „tatis tuæ die 3. mox elapsi Mensis
 „Octobris perscriptæ literæ, ex quibus
 „gratissimum concepimus Nuntium,
 „quod etsi veteres illi ac insensibilissimi
 „mortalium hostes Mundus nimirum,
 „Caro, & dæmon, pio tuo religiosissimo
 „que proposito vehementer obstiterunt,
 „Christianæ tamen perfectionis amore
 „succensa, divinæque gratiæ præsidio
 „roborata, eorum dolos ac insultus
 „tandem superaveris, institutumque
 „in isto Monasterio regularis vitæ Ty-
 „rocinium feliciter absolveris, quin e-
 „tiam ad emittendam die 29. ejus-
 „dem

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

„dem Mensis solemnem Religionis pro-
 „fessionem Te accinxeris, quam sub-
 „inde alacri libentique prorsus animo
 „emissam a Te fuisse non ambigimus:
 „gratulamur itaque Tibi optimum,
 „quod perfecisti, consilium, gratulamur
 „præclarissimas Nuptias, quarum arcto
 „perpetuoque fædere cælesti Sponso
 „copulata es, gratulamur & laudem,
 „quam Tibi quæsvisti, plane immorta-
 „lem; quo enim laudis genere efferi
 „non debet virgo, quæ summo loco nata,
 „in summis opibus delitiisque nutrita,
 „tantis tamque variis sæcularis vitæ
 „blandimentis, velut tenacissimis qui-
 „busdam irretita vinculis, fortiter e-
 „rupit, omnesque simul mundi illece-
 „bras & pompas invicta animi magni-
 „tudine & virtute calcavit, quæ flo-
 „rem adhuc ipsum ineuntis ætatis,
 „quodam fidei gladio, id est, volun-
 „tate succidit, & crucifigens cum Chri-
 „sto carnem suam, vivam sanctam-
 „que hostiam sacravit Deo, præclari-
 „que sanguinis propagationem virgini-
 „tatis amore contempsit. Grande qui-
 „dem est sacrificium, quod fecisti, non
 „leves præterea insidiæ, atque certa-
 „mina Tibi adhuc vincenda supersunt,
 „sed respice coronam, quam Tibi præ-
 „paravit Dominus in æternum. Omne
 „opus, quantumvis grave, fieri leve

Hist. Eccles. Tom. LXX. Yy so-

Sæc. XVIII. „solet, cum ejus pretium cogitatur,
 A. C. 1720 „& spes præmii solatium est laboris.
 „Non sunt, inquit Apostolus, condigne
 „passiones hujus temporis ad futuram
 „gloriam, quæ revelabitur in Nobis,
 „& momentaneum ac leve tribulatio
 „nostræ æternum gloriæ pondus operatur
 „in Nobis. Arcta & angusta est via,
 „quæ ducit ad vitam, durus ac arduus
 „est limes, qui tendit ad gloriam, per
 „hunc viæ limitem Martyres pergunt,
 „eunt virgines, justi gradiuntur, lazaræ
 „& spatiosa itinera vitanda sunt, le-
 „thales illic illecebræ, & mortiferæ
 „voluptates, illic diabolus blanditur
 „ut fallat, aridet, ut noceat, illic
 „ut occidat. Non est ad magna factus
 „ascensus, quem sudorem, ut Beatus
 „Cyprianus sapienter advertit, perpe-
 „timur, quem laborem, cum conatur
 „ascendere colles, & vertices Montium,
 „quid non tolerandum est, ut alces-
 „damus cælum, si præmium pollicita-
 „tionis attendas, minus est quod labo-
 „ras, levius est, quod toleras. Immorta-
 „litas perseveranti datur, perpetua vita
 „promittitur, Regnum Dominus pol-
 „licetur, & sane nunquam desitutum
 „Magna te merces manet, præmium
 „virtutis grande, munus maximum
 „castitatis, quod si propositi tui mag-
 „tudinem dilecta in Christo Filia, que-
 „adme-

„admodum de Te Nobis omnino polli- Sæc. XVIII.
 „cemur, vis æquare moribus & per A. C. 1720.
 „omnia Deo conjungi, nunc maxime
 „curam impende, nunc stude, ut ca-
 „lentem recentis professionis fidem no-
 „vus semper pietatis ardor accendat,
 „& teneram adhuc ætatem sanctæ con-
 „versationis usus informet, quidquid
 „in Te primum institueris, hoc mane-
 „bit & ad initiorum tuorum regulam
 „reliqua vita decurret. Finis in ipso
 „exordio cogitandus est. Qualis ad
 „illum ultimum diem pervenire cupis,
 „talis nunc jam esse conare, omnis po-
 „tissimum sollicitudo tua, omnis inten-
 „tio sit cordis custodia, quemadmodum
 „nupta in seculo cogitat, quæ mundi
 „sunt, quomodo placeat viro suo, ita
 „innupta, & virgo assidue cogitare debet,
 „quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo,
 „ut sit sancta corpore & spiritu. Ex-
 „citandus præterea Tibi est, spiritua-
 „libus stimulis animus semper, sancta-
 „rumque Virginum exemplis tibi ad
 „imitationem propositis, majori quoti-
 „die fervore inflammandus. Orationis in-
 „stantia, illuminatio lectionis, sollici-
 „tudo vigiliarum diurna & nocturna
 „ejus sunt incrementa. Nihil enim in
 „religiosa vita otio deterius habetur,
 „quod non modo nova non acquirit,
 „sed etiam parta consumit. Sancta vitæ

Yy 2

„ra-

Sæc. XVIII. „ratio processu gaudet & crescit, cessa-
 A. C. 1720. „tione torpet & deficit, quotidianis re-
 „centibusque incrementis roboranda
 „virtus est. Quamdiu sumus in hoc
 „corpore, nunquam Nos ad perfectum
 „venisse credamus, sic enim melius
 „pervenitur, tamdiu non relabimur
 „retro, quamdiu ad ulteriora contendi-
 „mus. Ast ubi cæperimus stare, desce-
 „dimus, si non relabi, si non descen-
 „dere volumus, currendum est. Quod ut
 „alacrius præstare possis, Jesum Chri-
 „stum Redemptorem nostrum, qui est
 „corona virginum, impense obsecrare
 „non desinemus, ut nedum sensus, ser-
 „mones, & actus tuos jugiter dirigat
 „in lege sua, & in operibus man-
 „datorum suorum, verum etiam eo Te
 „ficere, ac roborare dignetur patribus
 „cælestium consolationum, quibus Ec-
 „lectos suos etiam in hoc sæculo læti-
 „ficare quandoque solet. Cæterum
 „quod ad petitionem attinet, quam
 „instauras, ut dilecto filio Religioso viro
 „Sigismundo Neudeker facultas con-
 „cedatur, audiendi sacramentales con-
 „fessiones non tuas tantum sed etiam
 „sanctimonialium Mariæ Annæ Him-
 „lin, & Joannæ Mariæ Pachmayr
 „ad aliud proximum triennium, ob ju-
 „stas & graves rationes ea in re deside-
 „rio tuo satisfacere nequaquam posse
 „mus.

mus. Quocirca optamus, ut ab ejus
 modi petitione desistas, & voluntati
 nostræ, quam ceteroquin in tua vota
 propensam gerimus, libenter acquie-
 scas, uberem demum cælestium gra-
 tiarum copiam ex animo a Deo pre-
 camur Nobilitati tuæ, cui Apostoli-
 cam benedictionem peramanter im-
 pertimur.,

Sæc. XVIII.
 A.C. 1720.

Cum autem Pontifex V. Petri For-
 rerii, qui Anno 1590. Congregationem
 Dominæ nostræ Monialium a Paulo V.
 1615. confirmatam instituit, Beatifica-
 tionis causam promovere (*) decrevis-
 set, Superiorissa, ceteræque Monia-
 les Monasterii in oppido Bellivicini
 Diæcesis Bellicensis summo Pontifici
 datis literis grates rependerunt, eique
 munus quoddam transmiserunt, quod
 Pontifex gratum habens, ad eas die
 quinta Januarii hoc dedit responsum:

„Devotas grati animi ac filialis ob-
 sequii vestri significationes ob ea, quæ
 in causa Venerabilis Servi Dei Petri
 Fourrier proxime decrevimus, tum
 etiam elegans & Symbolicum munus
 manuum vestrarum labore confectum,
 quod Epistolæ vestræ adjungere vo-
 luit.

Yy 3

(*) Primum Anno 1730. a Benedicto XIII.
 solemniter insertus est Petrus Beatorum
 Albo.

Sæc. XVIII. „luitis, perlibenter excepimus. Ut
 A. C. 1720. „vero vicissim testatum habeatis quam
 „peculiari paternæ charitatis affectu
 „Vos Monasteriumque vestrum in Do-
 „mino prosequamur, & quam præcise
 „de pietate vestra sentiamus, mittimus
 „vobis particulam ligni sanctissimæ Co-
 „cis, in qua Christus triumphavit, &
 „mors mortem superavit in æternum,
 „ut illius præsidio roboratæ facilius &
 „vos de terrenis omnibus triumphare
 „possitis, ac æternæ tandem vitæ præ-
 „mia consequi mereamini. Mittimus in-
 „super nonnullas cereas formas sacro
 „ritu benedictas & Breve Apostolicum,
 „quo cuilibet Vestrum in Mortis articulo
 „plenariam omnium peccatorum re-
 „stororum indulgentiam & remissionem
 „quemadmodum a Nobis humiliter
 „stulastis, benigne concedimus. Quæ
 „quidem omnia dilecto filio religio-
 „viro Piart Congregationis Canonice-
 „rum Regularium Salvatoris nostri mu-
 „cupatæ Procuratori Generali, qui
 „propediem isthuc rediturus est, cum
 „hisce nostris literis ad vos perferenda
 „tradi mandavimus. Cæterum a vo-
 „bis enixe flagitamus, ut in præsentibus
 „gravissimis Ecclesiæ ac Sedis Apo-
 „stolicæ necessitatibus precum vestra-
 „rum suffragio, quibus plurimum con-
 „fidimus, divinam Nobis opem concipere
 „valeamus.

„liare satagatis, quatenus ea, quæ ad Sæc. XVIII.
 „Ministerium nostrum pertinent, se- A. C. 1720.
 „dulo ac strenue implere valeamus.

Sub idem tempus Pontifex ad lite-
 ras, quibus Franciscus de Mailly Rhe-
 menfis Archiepiscopus de obtenta Pur-
 puræ dignitate Pontifici grates repen-
 dit, ad illum die octava Januarii
 sequentes dedit literas:

„Dum invicto animi robore ac Zelo
 „plane singulari Constitutionem nostram
 „*Unigenitus Dei Filius*, ac in ea non
 „minus Apostolicæ Sedis reverentiam,
 „quam sanam orthodoxamque doctri-
 „nam propugnabas, dum impavidum
 „pectus, tanquam murum, opponens
 „pro Domino Israel ad aspera quæcun-
 „que perferenda potius, quam ad de-
 „flectendum a pio proposito Te para-
 „tum esse palam profitebaris: Nos, qui-
 „bus hæc itentidem multorum literis
 „ac sermone renuntiabantur, excelsam
 „virtutem constantiamque tuam intra
 „cor nostrum ita Tibi gratulabamur,
 „ut tamen intelligeremus digna esse
 „præclara ejusmodi exempla præcipuo
 „aliquo ac insigni Pontificiæ largitatis
 „documento, quo Tibi, ac in Te illis
 „omnibus meritissimis istius inclyti Re-
 „gni Præsulibus, qui tua sectantes
 „vestigia, non modo debitam præfatae
 „constitutioni obedientiam præstiterunt,
 „sed

Sæc. XVIII. „sed etiam meliorem causam tecum
 A. C. 1720. „strenue tuendam susceperunt, grata
 „mens nostra perspecta, ut luculenter
 „testata fieret. Quocirca ubi de com-
 „plendo S. R. E. Cardinalium Numero
 „deliberandum Nobis fuit, Te in eum
 „ordinem cooptare illico decrevimus
 „actuque cooptavimus, magna in Do-
 „mino spe freti fore, ut hæc amplissi-
 „mæ dignitatis accessio fiat in Te vir-
 „tutis incrementum, in reliquis autem
 „virtutem, quam hactenus ostende-
 „runt, egregie foveat, atque confir-
 „met. Id porro, quod a Nobis summa
 „voluntate gestum est, grato & oble-
 „quenti animo exceptum a Te fuisse
 „ex diserto literarum tuarum officio
 „libenter audivimus, & peculiari mo-
 „do lætati sumus. Cæterum, quod ab
 „difficultates & impedimenta attinget,
 „quæ interjecta fuisse scribis, ea celsi-
 „tura fore confidimus, huncque in loco
 „pum Nos, quidquid salvo hujus sanctæ
 „Sedis honore ac dignitate congrue
 „præstari posse videbitur, a Nobis de-
 „siderari minime patiemur. Tuam in-
 „terim prudentiam institutamque re-
 „gendi rationem commendantes, pre-
 „teritæ nostræ, ac plane intimæ chari-
 „tatis pignus Apostolicam benedictio-
 „nem tibi dilectæ Fili Noster peraman-
 „ter impertimur. „

Die

Die autem decima quarta Septembris Pontifex ad eundem Cardinalem circa controversiam in Gallis finitam ratione Constitutionis *Unigenitus* hæc rescripsit; *Quod ad procellas isthic excitatas attinet, timor quem timebamus evenit Nobis, & quod verebamur accidit, dum eam inibi minime initam fuisse viam, quæ illis sedandis restituendæque tranquillitati vere opportunior, imo prorsus necessaria erat, non sine ingenti animi nostri dolore conspiciamus, sed . . . mentem ea in re nostram maturo quamprimum præhabito examine luculentius explicaturi sumus.*

Cum autem Pontifex compererat, quod Lutherani in Lusatia fidei Catholicæ exercitium præpedire, & Catholicos vexare molirentur, hinc Pontifex die decima quarta Januarii ad Augustum Poloniæ Regem, & Fridericum Augustum ejus Filium Saxonie Electorem hæc perscripsit: „Pluribus argumentis Majestas tua hæctenus testatum fecit eximium Zelum, quo ad orthodoxæ fidei rationes & incrementa promovenda, animarumque salutem curandam incenditur. Propterea non ambigimus, quin libenti animo pronisque auribus excepturus sis officium hoc nostrum, quo majorem in modum nunc a Te postulamus, ut in provincia Lusatiæ tamdiu exoptatam ejusdem Catholicæ

Yy 5

tholicæ

Sæc. XVIII.

A. C. 1720.

Sæc. XVIII. tholicæ Religionis profitendæ libertatem, quavis rejecta mora, decernere, ac indulgere velis; iisque adhibitis rædiis, quæ pro spectata prudentia tua magis opportuna ac efficacia judicaveris, caveas, ut Neocatholici nedum bonis sed etiam muneribus, ac privilegiis omnibus, quibus antea potiebantur, pacifice potiri & gaudere pergant. Quodsi feceris, quemadmodum Te facturum esse prorsus confidimus, cum præsertim id ipsum claræ memoriæ Leopoldo, dum vixit, Imperatori *Electo* expresse pollicitus fueris, tunc cum ille memoratam Lusatix Provinciam Tibi cessit, firmam in spem erigimur fore, ut ejusdem Provinciæ populi, quos cæteroqui optima indole ac singulari docilitate præditos esse accepimus, ab iis, in quibus versantur, erroribus ad veritatis semitam, divina optulante gratia, revocari facile ac cito possint. Hoc sane factò, Charissime in Christo Fili Noster præcipuam tibi gloriam & laudem ac singulare apud Deum meritum comparabis.

Dudum Venetorum respublica Petro Ottobono infesta erat, eoquod non modo Gallici Regni Protector esset, sed ad Palatium suum etiam appensis Franciæ insignibus sese totum Galliarum Regis obsequio dicasset; Eapropter tanquam

quam patriæ hostis (*) omnibus suis Sæc. XVIII.
 proventibus, bonis & beneficiis, qui- A. C. 1720.
 bus in Veneta ditioe fruebatur, in-
 deque expulsa tota Ottobona stirpe a
 Veneto Senatu spoliabatur: Violenta
 hæc agendi ratio tantopere Franciæ
 Regem offendit, ut totam suæ indi-
 gnationis molem in Rempublicam pro-
 xima occasione effundere decerneret.
 Conciliatoris partes agebat Pontifex
 pacis studiosissimus, ac ipse etiam Jo-
 sephus Cardinalis Tremollius tantum
 apud Regem effecit, ut is summo Pon-
 tifici fidem faceret, gravem hanc Re-
 gis indignationem cessaturam, quam-
 primum Veneti Ottobono Cardinali sua
 bona ac reditus restituissent: cum ergo
 Pontifex id a Veneto Duce & Senatu
 post fervidas sollicitationes obtinisset,
 mox Ludovicum Franciæ Regem cum
 Republica conciliare nitentur, hanc-
 que in rem die vigesima tertia Januarii
 has ad eum dedit literas.

Dilectus Filius Eques Nicolaus Duo-
 do Venetæ Reipublicæ apud Nos &
 hanc sanctam Sedem Orator proxime
 Nobis exposuit, ejusdem Reipublicæ
 Sena-

(*) Ad ipsius Palatii sui fores quidam mor-
 daci dictorio hæc inscripsit verba: *Petrus ad
 Galli tantum negavit suam patriam.*

Sæc. XVIII. Senatores enixis postulatis nostris,
 A. C. 1720. quibus pro pastoralis officii debito
 eos indefinenter urgere non præter-
 misimus, adductos liberæ dispositio-
 ni nostræ tandem relinquere decre-
 visse Ecclesiasticos omnes proventus
 ac redditus ad dilectum filium Nostrum
 Petrum S. R. E. Cardinalem Ottobo-
 num in Veneta ditione spectantes, sub-
 latis iis, quæ jamdudum interjecerant,
 impedimentis, ne ab ipso Cardinali per-
 ciperentur. Addidit idem Orator, præ-
 fatis Senatoribus in ejusmodi delibe-
 ratione illud fuisse propositum & con-
 stitutum, ut non modo Nobis, memo-
 ratoque Cardinali debitam justitiam
 redderent, verum etiam Majestati tue
 rem gratam facerent, adeoque mereri
 possent, ut (quod semper maxime
 optarunt) in pristinum Regiæ tuæ be-
 nevolentix statum restituerentur. Hanc
 porro in spem Nos ipsi eos ereximus,
 confisi verbis, bonæ mem. Josephi, dum
 viveret S. R. E. Cardinalis de la Tre-
 moille, qui non semel Nobis affirmavit,
 finiendum prorsus fore Venetæ Rei-
 publicæ cum Majestate tua dissidium,
 statim ac prædicti Cardinalis Ottoboni
 res cum ipsa Republica compositæ
 fuissent. Cum itaque, benedicente Do-
 mino, id modo contigerit, fidenti plane
 animo, quam enixe in præsens a Te
 flagi-

flagitamus, ut eandem Rempubicam Sæc. XVIII.
 in illum apud Te gratiæ locum, quo A. C. 1720.
 apud clarissimos Majores tuos fuisse
 gloriatur, restituere benigne velis, mi-
 nime dubitantes, quin ipsa vicissim ea
 omnia, quæ Tibi debentur, devoti stu-
 dii sui argumenta præbere parata sit.
 Id autem eo etiam impensius a Te pos-
 cimus, quo magis præfatam Rempu-
 blicam ob res adversus infideles, etiam
 recens, præclare gestas diligimus, eam-
 que, ut Italiæ propugnaculum contra
 barbarorum furorem, summopere æsti-
 mamus, & hoc peculiari nomine a Te
 quoque plurimi fieri non ambigimus,
 quamobrem officium hoc nostrum optato
 fructu cariturum non esse certo Nobis
 pollicemur de perspecta animi magni-
 tudine Majestatis tuæ.,,

Nec his contentus Pontifex, insu-
 per ad Philippum Aurelianensem Du-
 cem, Regnique Administratorem ea-
 dem die hæc perscripsit: „Cum nun-
 quam destiterimus, Pontificii Muneris
 Nostri impellente sollicitudine Venetæ
 Reipublicæ Senatores vehementer ur-
 gere, ut impedimenta removerent ab
 ipsis dudum injecta, ne dilectus Filius
 Noster Petrus S. R. E. Cardinalis Otto-
 bonus Ecclesiasticos proventus, quos
 obtinet in Veneta ditione percipere pos-
 set, justissimum tandem propositum be-
 nedi-

Sæc. XVIII. A. C. 1720 nedicente Domino, assecuti sumus. Di-
 lectus siquidem Filius Eques Nicolaus
 Duodo ejusdem Reipublicæ apud Nos
 & hanc sanctam Sedem Orator nuper-
 rime Nobis significavit, Senatores præ-
 dictos publico Decreto sanxisse, ut me-
 morati proventus liberæ dispositioni,
 arbitrioque Nostro relinquerentur, si-
 mulque explicavit illos in hanc deli-
 berationem eo libentius venisse, quo
 certius considerent sibi valituram fore
 ad promerendam pristinam gratiam Re-
 gis Christianissimi, quam ob memorata
 impedimenta in eos commotum fuisse
 non ignorabant. Ejusmodi spe Nos
 ipsi postulata nostra confirmavimus, cum
 bonæ memoriæ Josephus, dum vixit,
 S. R. E. Cardinalis de la Tremoille nos
 semel Nobis declaravit, Venetam Rem-
 publicam tunc cum ista Aula reconci-
 liandam fore, cum præfata impedi-
 menta e medio sublata fuissent, quæ
 cum ita se habeant, scriptis hac ipsa
 die aliis nostris in simili forma Brevis
 literis, eundem Regem Christianissi-
 mum enixe rogamus, & obtestamur,
 ut prædictam Rempublicam in eum
 gratiæ locum, quem apud clarissimos
 ejus Majores semper obtinuisse gloria-
 tur, restituere benigne velit. Id pro-
 fecto Nos majorem in modum cupi-
 mus, tum quia ipsam Rempublicam
 sum-

summopere diligimus, & plurimi æstimamus, tum etiam quia ad Christianæ Rei securitatem, & orthodoxæ Religionis tutelam pertinere arbitramur, ne ejusmodi reconciliatio diutius differatur. Quocirca a perspecta æquitate, ac humanitate tua etiam, atque etiam in præsens postulamus, ut auctoritate qua polles, negotium hoc quamprimum perfici, optatumque ad exitum perducis strenue cures, facturus in eo rem maxime Nobis gratam acceptamque, quemadmodum, oblata occasione, præcipuis paternæ nostræ charitatis documentis testatum Tibi facere non omitemus.

Sæc. XVIII.
A.C. 1720.

Denuo Avenionenses apud Pontificem vehementer querebantur, quod ipsis nonnulla, quæ sibi alluvionis jure deberi credebant, a Franciæ Regis Ministris eriperentur. Horum igitur partes suscepturus Pontifex ad Philippum Aurelianensem Ducem die quinta Martii hanc transmisit epistolam.

„Civitatem nostram Avenionensem ob perspectam fidei ac devotionis sinceritatem cum multiplicibus ac præclaris in hanc sanctam Sedem promeritis conjunctam, præcipuo quodam paterni amoris sensu complectimur, eique felicitia ac tranquilla omnia contingere peroptamus: quocirca non sine gravi animi

Sæc. XVIII. animi nostri molestia nuper accepimus,
 A. C. 1720. quod etsi quidquid Rhodanus Annis
 ejusdem civitatis agro per alluvionem
 adjecit, jure gentium ipsimet civitati
 acquisitum censeatur, ejusque possessionem
 Avenionenses hucusque pacifice obtinuerint: nihilominus incolæ loci des
 Angles nuncupati alluvium ejusmodi
 fundum in præsens usurpare cõentur,
 quinimo implorata Regionum officia-
 lium auctoritate, eum jam cuidam ex
 præfatis incolis in feudum assignari cu-
 raverint, unde non levis contentio inter
 inter utramque partem, ac dissidiorum
 seges oriri poterit. Cum itaque ma-
 xime Nobis cordi sit ac esse debeat, ut
 omnis perturbationum occasio præce-
 datur, & quod justitia exegerit, in-
 tuatur, eximiam animi tui æquitatem
 impense requirimus, & hortamur, ut
 ab iis, quæ Regii officiales hac in re
 decreverint, omnino supersederi man-
 des, & Commissarios deputare velis,
 qui unacum aliis a Nobis deligendis
 ad locum, de quo disceptatur, acce-
 dant, auditisque partibus, quod juris
 esse censuerint, rite ac certe consti-
 tuant. Hac eadem ratione pluries obor-
 tas id genus controversias cum Regi-
 bus Christianissimis, qui ceteroqui me-
 moratam civitatem præcipua benevo-
 lentia respicere, atque etiam beneficiis
 ornate

ornare omni tempore consueverunt, Sæc. XVIII.
 amice compositas fuisse satis constat. A. C. 1720.
 Quamobrem tot tantisque exemplis
 innixi, votis nostris, ac simul Avenio-
 nensium precibus Te facile obsecun-
 daturum sane non ambigimus. .,

Postquam vero Pontifex contra
 Pontificias Constitutiones in Galliis e-
 dictum fuisse promulgatum noverat, illud
 abrogari, ab eodem Aurelianensi Duce
 petiit, datis die vigesima quinta Martii
 hisce literis.

„Nostro officio satisfacturi Tibi in
 præsens significare compellimur gra-
 vem sane atque molestam sollicitudi-
 nem, quam animo concepimus, ubi
 primum Nobis innotuit, Edictum isthic
 Mense Decembri anni mox elapsi ejus-
 dem Regis Christianissimi nomine pro-
 mulgatum; quo quidem Edicto Con-
 stitutiones ab aliquibus Romanis Pon-
 tificibus Prædecessoribus nostris editæ,
 quoad Prioratus & beneficia ad nonnul-
 las Congregationes Regulares in isto
 florentissimo Regno pertinentia, decla-
 rantur ac immutantur, seu verius ab-
 rogantur, & alia plura decernuntur,
 per quod non modo peculiaribus ea-
 rumdem Congregationum statutis, Ca-
 nonicis Sanctionibus & Ecclesiasticæ
 disciplinæ non leve detrimentum infer-
 tur, sed Apostolicæ potissimum Sedis
 Hæc. Eccles. Tom. LXX. Zz Jura

Sæc. XVIII. Jura læduntur, ad quam duntaxat de
 A. C. 1720. memoratis Prioratibus ac beneficiis ju-
 dicio spectat, cum ejus sit legem in-
 terpretari, moderari, ac etiam ubi
 necessitas postulat, rescindere, qui le-
 gem condidit. Quamvis autem non-
 nulla ejusdem edicti capita æquis ra-
 tionibus bonoque publico innixa videan-
 tur, cum tamen a sæculari, quantum-
 vis sublimi, adeoque minus legitima
 potestate prodierint, robor & effica-
 ciam obtinere non posse manifestum est.
 Quamobrem Te, dilectissime in Christo
 Fili Noster, quo majori possumus a-
 nimi studio hortamur & obtestamur,
 ut pro perspecto tuo justitiæ Zelo, at-
 que filiali in eandem sanctam Sedem
 observantia, Ecclesiasticæ auctoritatis
 indemnitati consulas, nec ullatenus
 patiaris, Te Regni Rectore terminos
 illos violari, quos Sacerdotium inter
 & imperium Patres nostri posuerunt.
 Ceterum Nos, ut abusibus, qui in
 dispositione prædictorum Prioratum
 ac beneficiorum irrepsisse dicuntur, rite
 ac recte occurratur, auctoritatem no-
 stram interponere, & siquid aliud in
 præfatis Congregationibus corrigend-
 um fuerit, opportunis adhibitis re-
 mediis corrigere regularemque in eis
 disciplinam omni ope & conatu promo-
 vere sumus paratissimi, quemadmodum
 diles

dilectus Filius Magister Bartholomæus Sæc. XVIII.
 Maffeus in utraque signatura nostra A. C. 1720.
 Referendarius, nostrique cubiculi Pro-
 præfectus Tibi fusius coram explicabit.
 Ejus itaque verbis plenam habere fi-
 dem poteris. „

Jam tertio Caspar Ignatius Brixi-
 nensis Episcopus a Pastoralis sarcina li-
 berari postulabat, Pontifex vero ejus
 voto haud cedendum ratus, hæc ad
 eum die vigesima nona Martii feria
 quarta in Paresceve perscripsit.

„lis suadentibus rationibus, quas
 Fraternitati tuæ non semel abunde si-
 gnificavimus, ecce jam tertio aures oc-
 cludere cogimur petitioni, quam re-
 novas, ut onerosam pastoralis officii
 sarcinam deponere Tibi permittamus.
 Nihil enim in nuperis tuis literis ad Nos
 de hoc argumento conscriptis affertur,
 quod alias a Te propositum, ac a No-
 bis mature perpensum solideque reje-
 ctum non fuerit. Quamobrem expe-
 dire ducimus, Venerabilis Frater, imo
 etiam spectatæ virtuti tuæ omnino con-
 gruere arbitramur, ut tandem ejusmodi
 cogitationem ab animo prorsus exclu-
 das, atque depellas, susceptumque pa-
 storale Ministerium, quod hactenus
 tanta cum tui nominis laude, tanta-
 que cum tui gregis ædificatione, ac
 spiritali bono gessisti, strenue libenter-
 que,

Zz 2

que,

Sæc. XVIII. que, quoad supremo pastorum Principi
 A. C. 1720. placuerit, obire pergas. Si enim (ut
Beati Gregorii verbis utamur) *Unigenitus Patris pro explenda utilitate omnium, de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum: Nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus utilitati proximorum?* Quodsi magnæ difficultates, ut scribis, plurimique labores in istius Ecclesiæ administratione Te circumstant: decet profecto sapientiam, decet honorem tuum, ut non convertaris in die belli, sed induaris fortitudine tua ac in illa statione constanter maneat, in qua Te Dominus collocavit. Jacta igitur curam tuam in eo, qui non dabit in æternum fluctuationem justo, quiq; mittere Tibi valet auxilium de sancto, quo roboratus difficultates vincas, labores sustineas, tuumque Ministerium ita demum impleas, ut ampliora in dies merita Tibi parare, & meritorum mercedem illam magnam nimis, ad quam unice tendere debemus, accipere aliquando possis. Hunc porro in finem omnia, quæ vel ab hujus sanctæ Sedis auctoritate, vel a paterna nostra & plane intima charitate suppeditari Tibi poterunt, adjumenta semper expecta, quemadmodum dilectus filius Religiosus vir Christophorus Miller Societatis Jesu Presbyter, cui mentem

nostram diserte aperuimus, Tibi uberius Sæc. XVIII.
explicabit. Eidem insuper Religioso A. C. 1720.
viro ad Te perferendam, nostroque no-
mine donandam tradidimus, cum au-
thentico testimonio, particulam ligni
sanctissimæ Crucis, cujus Brachiis,
hac ipsa die pretium pependit sæculi,
ut in ea habeas non modo perenne
Pontificiæ nostræ erga Te benevolen-
tiæ pignus, sed etiam efficax, atque
præclarum Redemptoris nostri patien-
tiæ exemplum, ac simul ad fortiter to-
lerandas cum Episcopali munere
conjunctas tribulationes, præsidium,
& munimentum singulare. „

Intellexerat Pontifex in Arelatenfi
Archiepiscopatu quædam contra
Constitutionem *Unigenitus* tractari,
quapropter nulla mora Jacobum Archi-
episcopum desuper monuit, hæcque
ad eum die decima quinta Maij rescrip-
psit. „Quod ad Constitutionis nostræ
Unigenitus Negotium attinet, magna
cum animi nostri admiratione ex pu-
blicis istarum partium nuntiis inaudi-
vimus, quædam nunc maxime. Nobis
prorsus insciis isthic pertractari, quæ
nullo pacto probare, imo nec etiam to-
lerare, aut dissimulare unquam pote-
rimus, quamobrem non immerito ve-
remur, ne veteri dolori nostro nova
dolendi materia suppeditetur. Illud

Sæc. XVIII. nihilominus non leve Nobis præbet so-
A. C. 1720. latium, quod Fraternitatem tuam stre-
 nue, constanterque persistere cerui-
 mus in proposito jugiter adhærendi so-
 lidæ illi ac inviolabili Petræ, adversus
 quam portæ inferi nunquam prævaler-
 unt, nec sane ambigimus, quin pium hoc
 tuaque virtute maxime dignum consi-
 lium omni tempore inconcussa tueri
 pergas, cum præsertim Nemo Te me-
 lius intelligat sanam doctrinam, ac fi-
 dei veritatem in prædicta Constitutione
 nostra inveniri, solidamque pacem non
 alibi quærendam esse, quam in ei de-
 bita sincera submissione & obedientia.

Insuper Pontifex comperto, quod
 sæcularis Curia Nancei in Lotharinga
 quemdam Ecclesiasticum a possessione
 bonorum Ecclesiasticorum eiecerit,
 mox die prima Julii remedium oppo-
 nere intentus, has ad Franciscum Lu-
 dovicum Comitem Palatinum Rheni &
 Trevirensis Archiepiscopum literas
 dedit:

„Æqua non minus Nobilitati Tuæ
 quam Nobismetipsis est expostulatio
 cum sæculari curia Nancejana, quod
 ejecto a possessione bonorum tempora-
 lium parochialis Ecclesiæ de Rolingen
 istius Diæcesis dilecto filio Andrea
 Krapf, cui tamen in examine, seu
 concursu coram Te habito juxta decre-
 tum

tum Tridentini Concilii approbato, & ^{Sæc. XVIII.} magis idoneo judicato eandem parochialem Ecclesiam Nos rite, ac ordine ^{A. C. 1720.} contulimus, præfata bona temporalia assignare ausa fuerit, dilecto pariter filio Petro Gentot, qui licet hoc ipsum beneficium a Nobis subinde impetaverit, ut præsentatus a dilectis itidem filiis Priore & Monachis Monasterii Bufonis villæ nuncupati Ordinis sancti Benedicti, cui illud antiquitus unitum fuisse prætenditur: cum tamen literas Apostolicas ei a Nobis in forma: *dignum*, concessas Ordinario loci, cui directæ fuerunt, exhibere, ut par erat, abnuerit, Nobis exposita non justificaverit, & ab eodem Ordinario, prævio necessario examine, idoneus repertus, approbatusque non fuerit, omni prorsus carebat justo titulo, nec ullo modo a quoquam multoque minus a præfata curia sæculari in possessionem ejusmodi temporalium bonorum induci poterat. Quocirca illatam cum Apostolicæ auctoritati, tum etiam tuæ ordinariæ jurisdictioni injuriam sarciri cupientes, communem nostram querelam, atque rationes, quibus innititur, scripto explicatas ad dilectum filium Nobilem virum Leopoldum Lotharingæ & Barri Ducem per illius Administrum apud Nos degentem deferri curamus, eumque

Sæc. XVIII ferio admoneri mandamus, ut iis,
 A. C. 1720. quæ a præfata curia Nanceiana in hac
 caussa perperam gesta sunt, quamprimum
 occurrat. amotoque Petro Gentot
 injusto detentore, Andreæ Krapf ad
 possessionem prædictorum bonorum
 temporalium, qua contra jus fasque
 exutus fuit, omni sublata mora redin-
 tegrari præcipiat, qua secuta redinte-
 gratione liberum postmodum erit eidem
 Gentot, prævia absoluteione, qua indi-
 get, a censuris, quas eum incurrisse
 compertum est ob recursum ad Judices
 Laicos, jura sua in competenti judicio
 coram judicibus Commissariis a Nobis
 proxime deputatis experiri. Eam vero
 de singulari pietate ac æquitatis studio
 præfati Leopoldi Ducis, tum etiam
 de filiali in hanc sanctam Sedem, Nosque
 ipsos reverentia gerimus opinionem,
 ut vereri nequaquam possimus, quin
 ipse paternis adhortationibus monitis-
 que nostris prompto animo, ut debet,
 obtemperaturus sit. Ubi tamen secus
 accideret, aut longior mora votis no-
 stris interponeretur, tui muneris erit,
 adhibitis remediis a sacris Canonibus
 constitutis, Curiam Nanceianam ad
 rescindenda ejusmodi attentata, ac
 præsertim ad restituendam memorato
 Andreæ Krapf dictorum temporalium
 bonorum possessionem adigere, ut in-
 flictum

fluctum utrique Jurisdictioni vulnus hoc Sæc. XVIII. A. C. 1720.
 pacto sanetur, ac idem Parochus, qui
 interea portat pondus diei & æstus,
 temporales Ecclesiæ redditus perci-
 pere, quemadmodum æquum est, suos-
 que in usus convertere possit.,

Postquam Damianus Hugo Cardi-
 nalis de Schönborn ad Episcopatum
 Spirensis promotus fuerat, sacrum
 mox Presbyteratus Ordinem suscepit,
 ac propterea a Papa commendatus has
 die vigesima quarta Augusti literas
 accepit :

„Ex tuis die decima sexta mox e-
 lapsi Mensis Augusti ad Nos datis lite-
 ris perlibenter audivimus, Te sacrum
 Presbyteratus ordinem suscepisse ac in
 primo, quod Deo Optimo Maximo ob-
 tulisti, Missæ sacrificio assiduum cæle-
 stis gratiæ præsidium Nobis humiliter
 implorasse, ut Apostolicæ servitutis
 onus, quod difficillimis hisce tempori-
 bus in dies revera gravius experimur,
 strenuo constantique animo sustinere,
 Majoremque divini Nominis gloriam
 promovere possimus. Laudamus ita-
 que filiale tuum erga Nos studium piis-
 que tuis precibus indefinenter adju-
 vari cupientes, ejusmodi suffragium
 quam enixe a Te postulamus. Per-
 gratum insuper Nobis fuit, quod de
 suscipiendo quamprimum consecrationis

Sæc. XVIII. munere cogites, ut injuncti Tibi Pa-
A. C. 1720. storalis officii partes usquequaque obire
 possis, gregisque tuæ fidei crediti ne-
 cessitatibus jugiter subvenire. Cæte-
 rum hac occasione animo reputantes
 dilectum Filium Fridericum Carolum
 Electum Arcadiopolitanum Fratrem
 tuum, quo jamdudum, ut probe nosti
 Coadjutor in Bambergensi Ecclesia con-
 stitutus a Nobis fuit, etsi jussu nostro
 pluries admonitum, nunquam tamen
 hactenus adduci potuisse, ut sacrum
 Presbyteratus ordinem, ac subinde
 Episcopalis consecrationis munus ex
 sacrorum canonum præscripto suscipe-
 ret: Nobis temperare non possumus, quin
 modo Te impense hortemur & requi-
 ramus, ut illum, cujus cæteroqui vir-
 tutes eximiusque imprimis Catholice
 Religionis tuendæ zelus, luculento No-
 bis testimonio commendantur, Frater-
 nis vocibus & monitis, tuique ipsius
 proposito exemplo acrius incitare, ac
 impellere studeas ad ea tandem per-
 ficienda, quæ sine magno bonorum om-
 nium offensione, majori honoris & con-
 scientiæ suæ labe, maximaque animi no-
 stri molestia longius differre nequa-
 quam potest. ,,

Jam dudum controversa erat posses-
 sio feudi Cornilii, quod Parmensis Epi-
 scopus ad Mensam Episcopalem, Parmen-

mensis vero Ministri ad Ducem perti- Sæc. XVIII.
 nere contendebant: ut ergo hæc lis A. G. 1720.
 tandem amica compositione finiretur,
 Pontifex die vigesima quarta Augusti
 Franciscum Farnesium Parmæ & Pla-
 centiæ Ducem sollicitabat, datis ad eum
 hisce literis:

„Etsi præter obligationem, quæ
 ex divini non minus, quam humani
 juris regulis cuilibet sacro Antistiti in-
 hæret, Ecclesiæ fidei suæ creditæ ra-
 tiones strenue tuendi, Venerabilis Fra-
 ter Camillus Episcopus Parmensis ar-
 ctius etiam obstringeretur litem prose-
 qui Anno 1626. Rotæ Romanæ Audi-
 torio commissam pro recuperatione feudi
 Cornilii, ex peculiari decreto a Con-
 gregatione Venerabilium Fratrum no-
 strorum S. R. E. Cardinalium Concilii
 Tridentini Interpretum edito An. 1655.
 quo illius Prædecessor monitus fuit te-
 neri sub interminatione divini iudicii
 memoratum castrum, uti ad Mensam
 Episcopalem spectans, ab occupantibus
 vindicare, nec tantam jacturam per-
 mittere debere: Nihilominus idem
 Episcopus observantiæ morem gerens,
 quam plane singularem Nobilitati tuæ
 profitetur, a quacunque judiciali pe-
 titione sibi hætenus temperavit, con-
 fessus fore, ut ejusmodi controversia
 amicabili tandem compositione dirimi
 posset,

Sæc. XVIII. possit, quemadmodum alias, nempe
A. C. 1720. Anno 1656. inter auteditum ejus Præ-
 decessorem, & bon. me. Ducis paren-
 tis Tui Administros speciali pactione
 publicas in Tabulas relata conventum
 fuit. Cum autem nihil hucusque ge-
 flum fuisse satis constet, præfatus Epi-
 scopus plurimum timens, ne officii sui
 partibus hac in re defuisse videri pos-
 sit, gravem, qua ob id angitur, cu-
 ram, atque molestiam in sinum pater-
 næ nostræ charitatis effundendam exi-
 stimavit. Nos igitur pro pastoralī,
 quam gerimus, omnium Ecclesiarum
 sollicitudine, non tam ejusdem Præ-
 fulis conscientiæ tranquillitati, quam
 Parmensis Ecclesiæ indemnitati consi-
 tum esse cupientes, primum quidem
 devotos ac justos ejusdem Episcopi
 sensus Tibi significamus: deinde a per-
 specta animi tui æquitate ac religione
 petimus, ut rationum momenta utrius-
 que partis amice expendi patiaris
 quamprimum, aliisque expensis pro
 singulari prudentia Tua modum inve-
 nias, quo ejusmodi liti finis impona-
 tur, concordiaque inter Ecclesiam Parmen-
 sem ac Nobilitatem Tuam tanto-
 que necessaria in dies arctius stabilita
 & confirmata, nedum idem Episcopus,
 sed etiam Nos ipsi, ab omni conscien-
 tiæ scrupulo eximamur. „

Jam

Jam supra meminimus, quod qui- Sæc. XVIII.
dam schismaticus Patriarcha Armenus A. C. 1720.
de Ezmiazin & quidam Minas Varta-
biet Patres Missionarios Cappucinos
ceterosque Armenos Catholicos inique Vid. supra
vexarint: cum autem Barnabas Aspa- pag. 367.
hamensis Episcopus Papam hoc anno
certiorem redderet, quod Princeps
Tesslis in Provincia Georgiæ hos con-
gruis pœnis afficere & ad sarcienda
damna compellere decreverit. hinc
Pontifex die decima quarta Septem-
bris hunc Principem obtestabatur, ut
harum vexationum auctores insigni a-
liqua animadversione plectat, omnia-
que detrimenta, quæ tum Missionarii-
tum etiam alii Catholici prædicti im-
merito passi fuerunt, per eos quampri-
mum reparari curet, ac demum ipso-
rum furorem & audaciam auctoritate
sua ita coerceat, ut nihil in posterum
contra Catholicam religionem, ejus-
que professores attentare præsumant.
Qua ratione non Papæ tantum sed e-
tiam sublimibus Christianæ Reipublicæ
Principibus, qui datis ad Persarum Re-
gem literis de hujusmodi persecutione
graviter conquesti sunt, rem gratissi-
mam plane facere, & Pontifici quo-
tiescunque occasio suppetet ejus satis-
faciendi optatis congruam prorsus vi-
cem sibi posse polliceri rescripsit.

Insigne

Sæc. XVIII. Insigne etiam Pontificiæ æquitatis
A. C. 1720. erga benemeritos, & liberalitatis in
 egenos monumentum est epistola ejus-
 dem ad Henricum Massiliensem Epi-
 scopum die decima quarta Septembris
 data, quam integram inseri haud in-
 gratum erit:

„Ubi primum ex publicis nuntiis diram
 Epidemiæ luem isthic grassari cogno-
 vimus, etsi ejusmodi calamitati pec-
 cata hominum ac potissimum nostra
 causam non levem præbuisse veramur,
 cum Deus his quoque flagellis iram
 suam in populos non obscure quando-
 que significare consueverit, pro peculiari
 tamen paternæ, qua semper istam ci-
 vitatem respeximus, charitatis affectu
 magno ut par erat, dolore perfusi fu-
 mus. Illud nihilominus afflicto coram
 nostro non modicum levamen attulit,
 quod animo reputaremus ejusdem ci-
 vitatis regimini Antistitem præesse sin-
 gulari probitate zeloque præditum,
 qui non modo eo morbo laborantibus
 spiritalia, atque temporalia, quæ
 posset, adjumenta sedulo tribuere non
 prætermitteret, verum etiam piis eni-
 xisque suis precibus in tempore iracun-
 diæ reconciliator accedens, divinam in-
 dignationem omni ope avertere sata-
 geret. Hanc porro egregiam nostram
 de Fraternitate tua opinionem præclare
 con-

confirmarunt plurimorum literæ, at- Sæc. XVIII.
 que sermones, quin etiam epistola tua A. C. 1720.
 ad dilectum filium cognominatum de
 Gaij Canonicum pœnitentiarum Ave-
 nionensem die quarta mox elapsi Mensis
 Augusti conscripta. & nuper ad Nos allata,
 ex quibus omnibus Te animam tuam,
 boni pastoris exemplo, pro ovibus fidei
 tuæ creditis dare paratum esse, adeo-
 que peste afflatos frequenter invisere,
 paterno affectu consolari, opportunis-
 que monitis ad implorandam a di-
 vina bonitate peccatorum veniam ex-
 citare: illis insuper Ecclesiæ sacra-
 menta propriis etiam manibus admi-
 nistrare, iis autem, qui non tam morbo,
 quam fame premuntur, necessaria ad
 vitæ sustentationem alimenta conqui-
 rere: omnia demum optimi, vigilan-
 tissimique Præsulis officia cumulate o-
 bire percepimus. Repleti itaque sumus
 consolatione, & superabundavimus
 gaudio, perspicientes Te perfecta illa
 incensum charitate, quæ foras mittit
 timorem, nullum tam necessario tem-
 pore subterfugere laborem, nulla con-
 tagionis pericula devitare, nullo tan-
 dem Mortis metu affici: quæ nimirum
 propter eximiam pietatem, & robu-
 stam fidem suscepta priscorum Christifi-
 delium religioni parum a Martyrii splen-
 dore abesse visa fuit. Quocirca ad opi-
 nandum

Sæc. XVIII. nandum adducimur funestam hanc
 A. C. 1720. lucem cælitus immissam fuisse, tam ut
 contumaces peccati pœnam sentientes,
 ad demittendam aliquando cervicem
 præstandamque huic sanctæ Sedi de-
 bitam obedientiam flecterentur, tum
 etiam, ut amplior exercendi præstan-
 tem virtutem tuam, tuæque prome-
 rita cumulandi campus Tibi ipsi aperi-
 retur. Quoniam vero pontificiæ solli-
 citudinis ratio a Nobis exigit, ut Te
 pastoralis munere tam egregie perfun-
 gentem non solum dignis prosequamur
 laudibus, sed etiam quibuscunque pos-
 sumus spiritualibus, ac temporalibus
 subsidiis zelum tuum ultro, tuisque non
 expectatis precibus, adjuvemus, pro-
 pterea referatis Ecclesiæ thesauris, qu-
 rum dispensationem humilitati nostræ
 commisit Altissimus, quam plures in-
 dulgentias Clero populoque Tibi com-
 missio, in præsentibus necessitatibus be-
 nigne elargiti sumus, quemadmodum
 expecialiari nostro diplomate, quod cum
 hisce nostris literis ad Te perferetur,
 uberius Tibi constabit. Insuper duo
 circiter frumenti modiorum, seu rub-
 rorum, ut vocant, millia mensuræ Ro-
 manæ, ære nostro coempta, isthuc
 quantocitius ad Te mitti mandavimus,
 ut ea egenis, tanquam intimæ nostræ
 commiserationis argumentum, ad vi-
 tam

tam sustentandam arbitrato tuo gratis Sæc. XVIII.
 distribuere possis. Cæterum omnipo- A. C. 1720.
 tentem Dominum humiliter exorare
 non desinemus, ut cito anticipent
 istum gregem misericordiæ suæ, quæ
 & eum ab erroribus universis poten-
 ter absolvant, & a totius eripiant per-
 ditionis incursum.

Eximio etiam Divini cultus Zelo
 animatus Pontifex Didacum Archie-
 scopum Toletanum die decima nona
 Novembris datis literis hortabatur, ut
 decentius sacrum Viaticum ad ægrotos
 deferri curaret: „Non absque pecu-
 „liari, inquiebat Pontifex, animi no-
 „stri admiratione nuper audivimus, quod
 „licet in Matritensi oppido Christianæ
 „pietatis cultus, benedicente Domino,
 „majorem in modum vigeat, ejusque
 „non raro præclara spectentur exem-
 „pla: Nihilominus sanctissimum Eu-
 „charistiæ Sacramentum, cum illic ad
 „infirmos deferri contingit, debitis de-
 „stituat obsequiis, ac plerumque a
 „Parocho, vel alio Sacerdote, sine Bal-
 „dachino, ut vocant, vel umbella, sine
 „luminibus, & sine ullo fidelium co-
 „mitatu indecenter gestetur. Non e-
 „quidem ambigimus, quin Fraternitas
 „Tua, statim ac in nupera sua ad istam
 „Toletanam Ecclesiam translatione
 „gravem ejusmodi abusum cognoverit,
 Hist. Eccles. Tom. LXX. Aaa „pro

Sæc. XVIII. „pro pastorali vigilantia sua, perspecto-
 A. C. 1720. „que singulari Zelo, quam celeriter
 „illi prospicere ultro curaverit. Nihilo-
 „minus Pontificia nostra omnium Ec-
 „clesiarum sollicitudine impellente, præ-
 „termittendum Nobis non esse duxi-
 „mus, quominus sensum hac in re no-
 „strum Tibi significarem, ut monitis
 „illis, atque mandatis, quibus memo-
 „rati oppidi parochos ad sacram hanc
 „functionem deinceps ea reverentia,
 „devotione ac dignitate, quæ nedum
 „tanti Misterii Majestati, sed loci iti-
 „dem amplitudini, ac Nobilitati ma-
 „xime convenit, peragendam excitabis,
 „Apostolicæ etiam hortationis nostræ
 „pondus adjicere valeas. Hunc pono
 „in scopum, cum præteritis annis,
 „tempore scilicet, fel. rec. Innocentii
 „Papæ XII. Prædecessoris Nostri in
 „hac alma urbe nostra sancitæ, typis-
 „que editæ fuerint quædam Regule
 „pro delatione ejusdem Augustissimi Sa-
 „cramenti ad ægrotos observandæ,
 „quorum usus ad instaurandam augen-
 „damque illius venerationem plurimum
 „hic profuisse dignoscitur, earundem
 „regularum libellum cum præsentibus
 „nostris literis ad Fraternalitatem Tuam
 „perferri mandavimus, ut eas non in
 „Matritensi tantum Oppido sed in ali-
 „liis quoque tuæ Jurisdictioni subjectis
 „locis

„locis observari, & in morem induci
 „studeas. In eodem libello perspicias
 „insuper sacras indulgentias, quæ ubi-
 „que gentium non modo idem Innocen-
 „tius, sed & alii Romani Pontifices
 „Prædecessores nostri, benigne con-
 „cesserunt universis utriusque sexus
 „Christifidelibus, qui ea occasione sa-
 „cratissimum hæc salutis nostræ pignus
 „personaliter comitati fuerint, vel ce-
 „reas faces per alios deferendas mise-
 „rint. Quamobrem Tuæ spectatæ
 „pietatis erit satagere, ut prædictæ In-
 „dulgentiæ quamprimum omnibus an-
 „nuntientur, & palam fiant, cum ab
 „hujusmodi promulgatione non leve
 „incitamentum fidei populo afferri
 „possit ad ea libentius exhibenda fre-
 „quentiæ, cultus ac Religionis obsequia,
 „quæ divinissimo Sacramento debentur,
 „quæque Nos & summo communi studio
 „promovere tenemur &c.”

Sæc. XVIII.
 A. C. 1720.

§. LVI.

*Sacrarum Congregationum Romana-
 rum decreta.*

His Papæ epistolis adjungere placet
 paucas sacrarum Congregationum
 decisiones & quidem S. Rituum Con-
 gregatio annuente Clemente XI. Papa
 die tertia Februarii ad preces Jacobi III.

*Bull. Clem.
 XI. part. 3.
 Const. 29.
 pag. 576.
 Decis.
 SS. Congr.
 An-Rit. Offic.*

A a a 2

Sæc. XVIII. Angliæ Regis declaravit, quod officium
 A. C. 1720. S. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis &
Angliæ Primatis, alias sub ritu semidup-
 plici de præcepto die vigesima prima Apri-
 lis pro Ecclesia universali recitari conce-
 sum, in posterum ab omnibus Christianis
 tam secularibus quam Regularibus, qui
 ad horas Canonicas tenentur, sub ritu
 duplici celebrari debeat, ponendo in utri-
 que vespere Antiphonam o doctor optime
 &c. & in ejus Missa, quæ incipit: in
 medio Ecclesiæ, dicatur etiam credo.

Eadem Congregatio die vigesima
 septima Julii indulgit, officium sancti
 Georgii Martyris sacri Ordinis Constian-
 tiniani Titularis, cum lectionibus eidem
 propriis pro secundo Nocturno jam appro-
 batis, & omnibus Ecclesiasticis, tam præ-
 fato Ordini adscriptis, quam omnibus aliis
 inservientibus, sive Ecclesiæ conventuali
 vulgo nuncupatæ della Steccata Civitatis
 Parmensis, sive aliis ejusdem Ordinis Ec-
 clesiis ubicunque existentibus, qui ad horas
 Canonicas tenentur, sub ritu duplici pri-
 mæ classis cum octava in posterum recitari,
 & Missam de communi respective celebrari
 posse.

Idem quoque Pontifex ad Franciscum
 Parmæ Ducis preces die decima quinta
 Junii præfatam Ecclesiam visitantibus
 perpetuam indulgentiam plenariam
 concessit. Missam vero propriam de
 S. The-

S. Theresia Virgine approbavit, necnon Sæc. XVIII.
illam in Ecclesiis Ordinis Carmelita- A. C. 1720.
rum Excalceatorum ubicunque existen-
tibus, etiam a Sacerdotibus ad eos
confluentibus celebrari posse indulfit,
eamque in Missali ipsius Ordinis apponi
voluit Congregatio Rituum annuente
Clemente XI. sub die 31. ejusdem Julii
& Anni 1720.

Cum jam Anno 1702. die vigesima
sexta Augusti ad dubium: *an sententia
de cultu immemorabili B. Peregrini Latiosi
Ordinis Servorum B. V. sit confirmanda,*
S. Rituum Congregatio affirmando re-
sponderit, hocque judicium Clem. XI.
confirmarit, hac die vigesima tertia
Augusti hujus anni idem Pontifex au-
ditis Consultorum suffragiis, post gra-
vem maturamque deliberationem de-
claravit: De Virtutibus ejusdem Beati
tam Theologicis quam Cardinalibus,
iisque annexis ita constare, ut tuto
procedi possit ad discussionem mira-
culorum &c.

Die autem decima quarta Februarii
Sacra Indulgentiarum Congregatio
summarium Indulgentiarum pro con-
fraternitate Domus B. V. de Victoria
Ulyssipone impressum, necnon alium
libellum Papiæ editum seu compen-
dium Regulæ Tertii Ordinis S. Fran-
cisci, utpote indulgentias falsas, apo-

Sæc. XVIII cryphas, & a Sede Apostolica revocatas continentes libellos prohibuit, illorumque usum sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis interdixit.

§. LVII.

Principum atque Illustrum obitus.

Vit. & Virt.
Eleon. Hist.
Univ. t. 8.
pag. 529.

Inter Principes hoc anno denotatos ob virtutum præstantiam, & vitæ sanctitatem principem sibi locum vindicat Eleonora Magdalena Theresia ex Philippo Guiljelmo Neoburgico Duce & Elisabetha Amalia Hasso - Darmstadiensi Landgravia Düsselдорpii die sextæ Januarii 1655. nata. Hæc a teneris inter virtutum exercitia, ac rerum Divinarum commentationes adolevit, & singulari humilitate, pietate in Deum, liberalitate in pauperes, necnon orationis lectionisque assiduitate, illustrium suorum Parentum non modo spem. sed vota quamvis fervida & magna superavit: Adolescentula jam majora meditari, & supra mortales seleturas attollere, humana contemnere, & sese ad æterna erigere cæperat, suasque delicias in frequenti corporis maceratione, & crebro cum Theresianis Sanctimonialibus, a quibus non Principis

cipis, sed Sororis titulo honorari vo- Sæc. XVIII.
 luit, consortio Düffeldorpii & Neoburgi A. C. 1720.
 quæsierat. Anno ætatis suæ vigesi-
 mo primo a Leopoldo I. Imperatore
 in Conjugem selecta, cum in Car-
 melitarum Discalceatarum Asceterio
 Virginitatem perpetuam Deo devovere
 firmiter decrevisset, nonnisi Serenissi-
 mi sui Parentis mandato ad augustas
 hæc nuptias adigi poterat, quo etiam
 anno die decima quarta Decembris Pas-
 savii per Episcopum & Comitem de
 Pötting solemnè precatione juncta pau-
 lopost Viennam deducta est, ubi anno
 sequenti Josephum I. & postea Leopoldum
 & Carolum filios, ac sex filias
 enixa non minorem excolendis virtu-
 tibus quam liberis pie educandis ope-
 ram dabat. Mortuo autem Leopoldo,
 & sexto post anno Josepho ejus Filio
 pariter vivis erepto Eleonora Regno-
 rum, omniumque ditionum admini-
 strationem in se suscipere cogebatur.
 Nec tamen ejus animum curarum gra-
 vitas, tanti muneris pedissequa, nec di-
 gnitatis amplitudo ab orationis assi-
 duitate, morum comitate, animi de-
 missione, & liberalitate erga pauperes
 avertere poterat, sed cælestem plane
 vitam agebat, atque inter ipsos Aulæ
 tumultus sacræ solitudini, fugiendis
 voluptatibus, terrenisque deliciis, &

Sæc. XVIII. frequentandis jejuniis, aliisque corporis austeritatibus intenta soli Deo vacabat: ingentem quoque pecuniarum vim in Ecclesias, monasteria, pauperes Religiosos, viduas, pupillos, omnesque miseros, aut paupertate pressos effundebat; suo etiam ære pro Theresianis Monialibus Lincii Monasterium erexit, dotavitque: Tandem crescentibus in dies beatæ vitæ meritis postremo suæ ætatis anno, cum ad anniversariam suæ nativitatis diem gratulantium officia exciperet, adstantibus respondit, se in sexagesimo quinto ætatis suæ anno postremo natalem diem suum celebraturam: Nec vaticinio eventus abluit; die enim prima Januarii hora septima matutina, cum ad sacram confessionem sese præparatura Sacellum ingrederetur, apoplectico tactu obruta, exanimi haud absimilis corruit, ac nonnisi tertio post die sibi reddita die sexta Januarii, qua primam lucem aspexerat, sacris Ecclesiæ Sacramentis a Cardinale Spinola Nuntio Apostolico munita, die decima nona ejusdem Mensis (*) vitam suam, beato sine clausit anno ætatis suæ sexagesimo quinto. Edi-

(*) Eadem hac die Augustæ Anno 1690. in Romanorum Reginam atque Imperatricem inaugurata erat.

Edidit ad singulas cujuslibet Mensis Sæc. XVIII.
 dies *Christianas meditationes* Colonix A. C. 1720.
 impressas.

Septimo post Imperatricis obitum die decesserat Sulzbaci ex apoplexia Maria Eleonora Amalia Theodori Comitis Palatino - Sulzbacensis conjux, nata Landgravia Hasso - Rheinfelden- sis, nondum exacto quadragesimo quinto ætatis suæ anno.

Ad finem quoque ejusdem Mensis vitæ finem fortita est Laurea Pica Ferdinandi Gonzagæ Principis Castilionensis Conjux: Viennæ etiam vivis ereptus est Franciscus Maria Caraccioli Princeps Avellanus, ac Velleris aurei Eques. Præter hos vita excessere die vigesima Aprilis Osterholmii Carolina Sophia Dux Holsato - Plæ- nensis annos quadraginta octo nata, die vigesima octava ejusdem Mensis Erdmuthis Dorothea Dux Mersenburgica, die vigesima sexta Martii Augustus Guilielmus Dux Brunsvico- Beverensis, die vigesima prima ejusdem Mensis Maria Anna Borbonia Principis Contii Soror, die decima septima Maij Catharina Soror Friderici Biontini Ducis, die quinta Novembris Magdalena Juliana Joachimi Holsato- Plænen- sis Ducis conjux annos nata triginta quatuor: die vigesima secunda Junii Elisabetha Carolina Wilhelmi

Aaa 5 Prin-

Sæc. XVIII. Principis Nassovio - Dilenburgici Filia,
A. C. 1720. & die vigesima octava Julii anno æta-
tis vigesimo nono Guilielmus Frideri-
cus Ducis Saxo - Coburgo - Saallē-
densis Filius, Princeps pietate & do-
ctrina insignis: Obiit etiam Ismael Ma-
roci Rex in Africa septuagesimo septi-
mo suæ vitæ, ac regiminis quinquage-
simo octavo: Ex Præsulibus decessere
in Gallia Mense Augusto Hyppolitus de
Bethune Virodunensis Episcopus, &
Extragues Lactorensis Episcopus, qui
subitana morte præventus nullum Ec-
clesiæ Sacramentum recipere valuit,
uterque tamen de numero appella-
tium a Constitutione erat: Decesserat
etiam die decima quinta Septembris
Joannes Baptista Gaston de Noailles
Catalauni Episcopus, & Cardinalis
Noaillii Frater, suæque pertinaciæ
socius, cui in Episcopali dignitate suc-
cessit Abbas D'Autin Ducis cognomi-
nis Filius. Bonnæ obiit Franciscus
Hugo Comes de Königseck Episcopus
Littomeriensis, Neostadii Ignatius de
Lovina Neostadiensis Episcopus in Au-
stria primum anno priori consecratus.
Venetiis Bembus Belluni Episcopus
septuagenario major, ac denique anno
ætatis suæ octogesimo tertio Adrianus
de Vignacourt Melitensis Ordinis E-
questris supremus Magister, cui subro-
gatus est Marcus Antonius Zondeda-
rius

rius Cardinalis hujus nominis Fra-ter. Sæc. XVIII.
A. C. 1720.

§. LVIII.

*Scriptorum Ecclesiasticorum religione
Catholicorum decessus.*

His subjungere lubet eruditorum fata, atque inter eos præcipue memorandus venit Georgius Christophorus Ferdinandus de Räfewiz Nobilis Silesita Wratislaviæ die octava Decembris Anno 1643. natus. Hic a Lutheri secta ad veram fidem Catholicam ex assidua S. Scripturæ, & SS. Patrum lectione reverti permotus, Antonio Udalrico Brunsvicensi Duci a consiliis erat, omneque vitæ suæ tempus literarum otio, ac lectioni impendebat: Scripserat sub alieno nomine Zephirini de Pace Cogitationes antiquo- Christianas, seu necessariam primævæ Ecclesiæ restorationem, earumque apologiam contra injuriosam Valentini Löscheri recensionem, relationem de occasione edendi has cogitationes, earumque alteram partem adhuc ineditam, motiva, ob quæ Antonius Udalricus Brunvicensis Dux ad fidem Catholicam sit reversus. Sinceram delineationem veræ & ex integro Catholicæ, Ecclesiæ, prout oculis conspici potest, Dorotheum seu de Persona Christi, cælestem æternitatis visionem, & solidam

*Holberger
Hist. Eccl.
t. 4. p. 174.
Hist. Univ.
t. 8. Part. 8.
c. 1. p. 953.*

Sæc. XVIII. dam demonstrationem, quod tentata
A. C. 1720 rebellio contra Cæsarem, & Bavaricæ
 ditionis administrationem sit illegitima,
 feverisque pœnis castiganda, orationem
 funebrem Henrici IV. Comitæ de
 Reussen &c. Obiit Mogelhofii die vigesima
 quarta Aprilis. anno ætatis sue
 septuagesimo septimo. II. Joannes
 Maria Lancifius Clementis XI. Archia-
 ter, qui in sua arte excellentissimus per
 integras quinquaginta annos Romæ
 Medicum egit, atque ex Galleni opi-
 bus sexaginta Imperialium millia nec-
 non locupletissimam suam Bibliothecam
 duodecim millium scutorum
 assignato censu Nosocomio ad S. Spiritum
 legavit: Scripsit Sedes cogitantis
 animæ, de noxiis paludum effluvis,
 de mortibus subitaneis præter alia
 nonnulla. III. Bernardus Traversano
 publici juris fecit meditationes de im-
 mortalitate animæ, meditationes Phi-
 losophicas, Introductionem in Muratori
 reflexiones de bono gustu, Synopsin
 novi systematis philosophici, binas
 dissertationes Theologicas, præter
 alios plusquam quinquaginta libellos
 nondum impressos. IV. Philippus
 Billouet Benedictinus Congregationis
 S. Mauri, prælo subiecit apologiam pro
 Authore novæ editionis Dictionarii
 Moreri contra Censuram cujusdam Ec-
 clesiastici, & elogium funebre D. Prou-
 steau.

§. LIX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1720.*Scriptores A catholici hoc anno defuncti eorumque opera.*

Ex Scriptoribus A catholicis hoc anno denatis recenferi merentur. I. Joannes Chriftophorus Pfaffius, qui edidit differtationes in Matthæum, annotationes in Synopfin Thummii, Syllogen controverfiarum, dogmata Proteftantium ex jure Canonico deprompta, fupplementa ad Dorchæi commentarium in epiftolam ad Hebræos, differtationes de imputatione, difputationes, & programata. II. Albertus a Felde pofteris reliquit ftricturas Anti - Boffuetianas, Inftitutiones Theologiæ moralis, Analecra difpofitionum facrarum, politicam Sacram, differtationes de fimplicitate Theologiæ, de Enallage Scripturæ S. de fale infulfo Pontificiorum, de fubfcriptionibus Theologicis, & nonnulla alia. III. Joannes Diecman edidit tractatum de naturalismo, de diffenfu Ecclefiæ Orientalis & Latinæ circa Purgatorium, Enneadem animadverfionum in annales Baronii, de vocis *Papæ* ætatibus, de typorum cæleftium paradoxo præter alia. IV. Joannes Wolfgangus Jæger fcripfit Hiftoriam Ecclefiasticam, fyftema Theologicum Thetico - Polemicum,

Sæc. XVIII miacum, Examen Theologiæ novæ,
 A C. 1720 Jus Dei fœderale, tractationem de fœ-
 dere gratiæ, Theologiam naturalem,
 tractatus de conscientia, de Ecclesia,
 defensionem Imperatoris Josephi contra
 Curix Romanæ Bullas, concordiam
 Imperii & Sacerdotii, Separatismum
 sub examen vocatum, veritatem in
 Concilio Tridentino emicantem, exa-
 men quietismi, Galliam discordem in
 caussa pietistico - mystica, de officiis
 Christi, de doctrina communicationis
 idiomatum: examen Constitutionis Cle-
 mentis XI. nodum Card. Sfondrati dis-
 solutum, tractatus de essentia, sim-
 plicitate, scientia Dei, & potestate
 caussæ primæ in suos effectus, de de-
 pendentia caussæ secundæ, tractatus
 de juramentis, legibus, justitia ludi,
 de probabilismo Jesuitico, radice pos-
 sibilitatis, veritate, moralitate, vo-
 luntario, actibus voluntatis, virtuti-
 bus moralibus, libertate opinandi,
 perjurio, malitia morali, voluntario
 mixto, mixtura boni & mali, justitia
 vindicativa, de sine hominis, de pre-
 tio Redemptionis præter plurima alia,
 V. Lucas Schroeder scripsit disserta-
 tiones de æternitate Dei, de Episco-
 pibus veteris Ecclesiæ, & quos-
 dam sermones.

INDEX